

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

Evgraphi commentvm continens

**Donatus, Aelius**

**Lipsiae, 1908**

Commentum Heautontimorumenu

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1594](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1594)

64  
uel  
au-  
am  
62)  
ent s  
ata  
di-  
uae  
mus  
uod n  
  
qui  
> |  
atio

EVGRAPHI  
COMMENTVM HEAVTON  
TIMORVMENV

---



Rec.  $\beta$   $\left\{ \begin{array}{l} L = \text{cod. Leid. Voss. lat. Q. 34 s. X: III 2, 13 — fin.} \\ A = \text{cod. Ambros. H 75 inf. s. XI: prol.} \\ F = \text{cod. Laudun. H 67 s. XV.} \\ G = \text{cod. Sangall. 860 s. XV.} \end{array} \right.$

Rec.  $\alpha$   $\left\{ \begin{array}{l} B = \text{cod. Vatic. Basil. 19 H s. X comm. prius: prol.} \\ B' = \text{ " " " III 1, 77. " " " " " posterius: II} \\ V = \text{cod. Leid. Voss. lat. Q. 36 s. X.} \\ S = \text{cod. Paris. lat. 16235 s. X.} \\ P = \text{cod. Paris. lat. 7520 s. XI: — IV 1, 19.} \end{array} \right.$

$\beta$  = consensus codicum *LAFG* } aut omnium aut eorum qui  
 $\alpha$  = " " *BB'VSP* } exstant.

*Lindenbr.* = editio Frid. Lindenbrogii Francofurt. 1623.  
*Westerh.* = " A. H. Westerhovii Hag. 1726.  
*Zeune* = " I. C. Zeunii Lips. 1774.  
*Klotz* = " R. Klotzii Lips. 1838.

*Bruns* = scholia et glossae (rec.) cod. Halensis in edit.  
 Ter. Hal. 1811.  
*Schlee* = scholia (et glossae rec.) Terent. coll. et disp.  
 Fr. Schlee Lips. 1893.

*W.* = Wessner.  
 \* \* \* \* lacuna.

*Litteris inclinatis indicavi quae in sola rec.  $\beta$  exstant.*

# HEAVTON TIMORVMENOS

## PROLOGVS

Omnes hae comoediae de Graeco translatae sunt, a Menandro quidem quattuor, duae ab Apollodoro: Heautontimorumenon Menandri esse manifestum est. cuius prologus partitionem tenet, in qua <uult, antequam> docet quid in quaestione sit, id ipsum, ne populus miraretur, dissoluere. 5

1 **1** NE CUI SIT VESTRUM MIRVM CVR PARTES SENI POETA DEDERIT QVAE SVNT ADVLESCENTIVM duas partes proponit: unam, quod contra consuetudinem senex prologus processit in publicum; solet enim istud officium semper adolescentibus dari. ergo quoniam contra consuetudinem in prologi persona 10 processit senex, idcirco hanc primo populo uult soluere 3 quaestionem. — **3** DEINDE QVOD VENI ELOQVAR altera haec pars est. simile autem mihi uidetur huic esse principium diuinationis; namque et illic (*Cicero, divin. in Caec. 1, 1*), quod 'subito mutata uoluntate ad accusandum descenderat', 15 mirum dixit uideri uel iudicibus uel circumstantibus ac propterea se primum id uelle dissoluere: 'si quis uestrum, iudices, aut eorum qui adsunt forte miratur'. uides hoc uerbum mirari semper apponi: ita enim et hic dixit 'ne cui sit uestrum mirum'. hanc igitur partitionem soluit, 20

1 <Ne cui sit uestrum mirum> Omnes *F* || 2 ab ollo-  
doro *PB*<sup>1</sup>, ab aboll- *VS* | ΗΔΟΥΤΟ-ΤΟΥΧ(ΩΡΟΥΧ-Η-Ο)- *V*,  
(///ΔΟΥΤ-) *S* || 3 esse manifestum *P*, esse est *VS*, est *B*, mani-  
festum est *F* || 4 uult antequam <sup>est</sup> *add. Schoell (cf. infra)* | quod  
in quaestionem *Fα* || 5 miretur *F* || 7 adolescentum *PVS* ||  
9 semper *AG, om. rell.* || 10 in *om. F* | prologi *F*, -um *rell.* ||  
11 primo *F*, -am *rell.* || 19 mirari] nouerit *Fα* || 20 soluit *om. A*

uti dicat 'cur partes seni poeta dederit, quae sunt adules-  
 11 centium'. quod primo proposuerat, primo soluit **11** ORA-  
 TOREM ME ESSE VOLVIT NON PROLOGVM VESTRVM IVDICIUM  
 FECIT ME ACTOREM DEDIT. quod autem dixit 'quod ueni,  
 16 eloquar', illud est **16** NAM QVOD RVMORES DISTVLERVNT  
 MALIVOLI MVLTAS CONTAMINASSE GRAECAS DVM FACIT PAV- 5  
 CAS LATINAS ID ESSE FACTVM HIC NON NEGAT. ergo ut  
 propositio collocata est, ita est etiam soluentis ordo ser-  
 uatus. sed nunc ad interpretationem superiorum reuer-  
 tamur. 10

**4** **4** EX INTEGRA GRAECA INTEGRAM COMOEDIAM HODIE  
 SVM ACTVRVS quoniam Andria e duabus comoediis uidetur  
 esse confecta, quippe illic et Perinthia et Andria conti-  
 nentur, quod quidem criminis loco aduersarius dederat,  
 ideo hic 'ex integra' inquit 'comoedia integram comoe- 15  
 diam acturus sum', ne uideatur ab aliquo tacta aut ipse  
 alteram tetigisse, sed unam comoediam et integram ad  
 Latinum sermonem interpretatione mutasse. denique ideo  
 6 adiecit **6** DVPLEX QVAE EX ARGUMENTO FACTA EST SIMPLICI,  
 ut simplex argumentum sit duplex, dum et Latina eadem 20  
 7 et Graeca est. — **7** NOVAM ESSE OSTENDI propterea, quia  
 a Graeco tantum dicta est et a Latino non tacta est,  
 <sed> nunc primum in scaenam procedit, idcirco dicitur  
 'noua'. ET QVAE ESSET supra enim dixit (v. 5) HEAVTON  
 8 TIMORVMENON. — **8** ET CVIA GRAECA SIT NI PARTEM MA- 25  
 XIMAM EXISTIMAREM SCIRE VESTRVM ID DICEREM duplex hic  
 pronuntiatio est: 'qui scripserit et cuius Graeca sit, ni  
 partem maximam existimarem scire id', ut post inferatur  
 10 **10** NVNC QVAMOBREM HAS PARTES DIDICERIM PAVCIS DABO.  
 illud, quod supra positum est, uidetur adiectum; nunc 30

2 primo 1.] prius *F* || 4 auctorem *ABVS* || 5 rumoris *FP*<sup>1</sup> ||  
 7 esse id *G* || 8 solutionis *Lindenbr.* (*recte?*) || 12 Andria e (ex  
*Lindenbr.*) | andrię *A*, -dria a *BVS*, -dria *FGP* || 18 inter-  
 pretationē *α* || 20 duplex <comoedia> *Lindenbr.* || 21 et *F*, *om.*  
*rell.* | ostendit *α* | quia] quoniam *F*, cum *α* || 22 a 2. *om.* *α* |  
 nunc acta *P*, non acta *BV*, nacta *S* | est sed *W*. || 24 esset  
 <nunc> *F* (*cf. supra*) | enim *AF*, est *P*, *om. rell.* || 28 scire  
 <uřm> *F* | id] dicerem *add. G*, facerem *add. F*

- redit ad partitionem supra collocatam, cur partes adulescentium senex sumpserit **11** ORATOREM ME ESSE VOLVIT NON PROLOGVM uti apud uos agerem causam potius, non officio fungerer prologorum: prologi enim, sicuti iam dictum est (*Andr. prol. in.*), aut argumentum narrant aut poetae personam commendant aut audientiam postulant. nunc autem ego apud uos acturus sum causam et defendam, si quid fuerit forte in Terentium ab aduersario loco criminis intentatum. ideo enim dixit **12** VOSTRVM IVDICIVM FECIT ME ACTOREM DEDIT SED HIC ACTOR TANTVM POTERIT A FACVNDIA QVANTVM ILLE POTVIT COGITARE COMMODE QVI ORATIONEM HANC SCRIPSIT QVAM DICTVRVS SVM poeta, inquit, me actorem esse uoluit, qui tantum in facundia excellit et praeualet ingenio, quantum et ego, qui eandem comoediam acturus sum, in agendo praeualeo. ita 'hic actor' hoc est ego, 'tantum poterit a facundia'
- 16** hoc est non degenerabo ab eo, qui cogitauit. — **16** NAM QVOD RVMORES MALIVOLI DISTVLERVNT hic iam incipit causam dicere, cur uenerit, sicut supra diximus, ut purget quaestiones ipsas et obiecta ab aduersariis soluat. 'maliuoli' autem quod dixit, uel numeri pluralis est, ut maliuoli rumores ipsi <sint>, uel singularis, ut sit huius maliuoli, hoc est Luscii Lanuini. 'distulerunt' in diuersum disseminarunt. — **17** MVLTAS CONTAMINASSE GRAECAS DVM FACIT PAUCAS LATINAS hoc est illud, quod diximus, quando hic praelocutus est, ut diceret 'ex integra Graeca integram comoediam sum acturus hodie'. ita et hic hoc sibi crimen dicit obiectum, quod Terentius multas Graecas contaminauerit comoedias, dum paucas Latinas facit. hoc autem crimen Terentius non negat factum, sed sibi licere demonstrat et licere scilicet per aliorum exempla, quemadmodum Tullius dixit (*divin. in Caecil. 2, 5*) 'adductus sum, iudices, fide misericordia multorum bono-

1 collatam  $\alpha$  || 4 enim] est  $\alpha$  || 5 est AFP, om. rell. || 16 potero codd. | a] in F, om. AGP<sup>1</sup> || 19 <iam> supra F || 21 numero plurali (-is P)  $\alpha$  | est (post singularis) F, om. rell. || 22 sint add. W. || 23 <id est> in diuersum  $\alpha$ , om. F

- 19 rum exemplo': et hic habet bonorum exemplum. — 19 FAC-  
 22 TVRVM AVTVMAT facturum dicit et profitetur. — 22 NAM  
 QVOD MALIVOLVS VETVS DICIT aliud rursus crimen est, quod  
 obiectum nunc proponit, quoniam Luscius Lanuinus dicit  
 Terentium non peritum artis musicae ad comoedias scri- 5  
 bendas accessisse praesumente potius ingenio amicorum,  
 25 non suo. — 25 ARBITRIVM VESTRVM VESTRA EXISTIMATIO  
 VALEBIT hoc locutionis genus satis mirum est, cum dicit  
 'de hac re uos iudicare poteritis, an id, quod obicitur  
 nobis, uerum sit, ut Terentius non natura sua fretus ne 10  
 que ingenio, sed amicorum potius ad scribendas comoe-  
 dias accesserit'. namque rumor est, quod Terentius cum  
 Scipione Africano familiarissimus fuerit et simul istas  
 comoedias cogitarit. hoc igitur prologus nititur soluere.  
 et quoniam non est erubescendum tali uiro fuisse con- 15  
 iunctum, ideoque crimen curat hoc crimen dissoluere: dicit  
 tantummodo 'uestrum iudicium est et uestra existimatio'.  
 26 — 26 QVA RE VOS OMNES ORATOS VOLO hic iam sequitur  
 officium prologi, ut beniuolentiam petat: quae beniuolentia  
 27 et in aduersarios odium concitat, quod adiecit 27 NE PLVS 20  
 INIQVVM POSSIT QVAM AEQVVM ORATIO. — DATE CRESCENDI  
 COPIAM NOVARVM QVI SPECTANDI FACIUNT COPIAM SINE VI-  
 TIIS quoniam petitio generaliter fuerat collocata, uti nouis  
 poetis fauerent auditores, adiecit 'sed qui sine uitii co-  
 comoedias dant': <nam> et Luscius Lanuinus nouas comoe- 25  
 30 dias profert, sed cum uitio. adiecit et 30 NE ILLE PRO SE  
 DICTVM EXISTIMET ne Luscius Lanuinus etiam pro se pe-  
 31 titum arbitretur. — 31 QVI NVPER FECIT SERVO CVRRENTI  
 IN VIA DECESSE POPVLVM proponit uitium, quod admiserat  
 poeta Luscius Lanuinus, quippe cum omnis comoedia aut 30

2 NAM] tum *Ter.* || 9 obicietur *A<sup>1</sup>G* || 12 est *ante* namque

*F* α || 13 fuit *A*, fuit *rell.* | et simul *AG*, semper *rell.* || 14 hic  
*F* α || 20 odium *om.* *F* || 22 nouarum <rerum> *F* α || 23 collata  
*G* α || 24 <nouis> sed *F* α || 25 nam et *W.*: et β, illis (*om.* *P*) α ||  
 26 et *post* 27 existimet *codd.* || 28 currente *AG* || 29 decessisse *G*,  
 deesse α | admiserat *AG*, -rit *rell.*

errorem teneat ex amatoribus aut iniuriam meretricum aut filiorum suppositiones aut aliquid tale, quod ad moralitatem uidetur esse coniunctum. quid tale hic est, cum seruus currit, cum populus discedit, quod domino insano oboediat seruus? haec potius aliena a comoediis sunt, et ait aperte ac breuiter ea, quae sunt comoediarum. omnis comoedia aut habet amores aut agnitionem aut suppositionem. habet amores, ut Andria, quam quidem et in agnitione esse cognoscimus; nam cognoscitur Glycerium, quia ciuis sit. suppositionem habet, ut apud Plautum qui est Truculentus: militi enim supponitur filius, ut exinde in meretricis affectum artius et strictius colligetur. ergo cum uideamus haec necessarie in comoediis teneri, uehementer errauit Lanuinus, qui extra haec comoediam instituit et scribit seruum currere, populum per uiam discedere, quod insano seruiat domino. unde apertissimum 36 uitium in comoedia Terentius reprehendit. — 36 STATARIAM AGERE LICEAT PER SILENTIVM quidam 'statariam' genus esse putant comoediae, ut statariae comoediae sint, in quibus sunt stantes, unde <et> hanc statariam nominant. mihi autem uidetur 'statariam agere ut liceat per silentium' ideo dixisse, ut perpetuo et stabiliter agatur haec comoedia neque populi aduersis suffragiis foras pellatur. ideo enim adiecit 'ut liceat per silentium' et 37 subiungit 37 NE SEMPER SERVVS CVRRENS IRATVS SENEX etc. ASSIDVO AGENDI SINT MIHI CLAMORE SVMMO CVM LABORE MAXIMO. haec autem, quae nunc nominauit, propria uiden-

2 suppositionis (-nem B)  $F\alpha$  | mortalitatem  $A^1F^1V$  || 4 dedit  $V$ , descendit  $FPBS$  || 5 oboediat] seruiat  $\beta$  | haec  $A$ , nec  $G$ , ne *rell.* | sint aperte ait (*om. et*)  $\alpha$  || 6 comoediarum <explicemus>  $F\alpha$  || 7 amoris  $\alpha$  | aut 2. *om.*  $\alpha$  || 8 amoris  $\alpha$  | ut <est>  $F$ , ut <ex>  $\alpha$  | et *om.*  $\alpha$  || 9 agnitionem  $AF\alpha$  | agnoscitur? || 12 colligitur (-gatur  $B$ )  $F\alpha$  || 13 necessario  $A$ , <esse> necessaria  $F\alpha$  || 15 scribit *om.*  $BVS$  || 17 reprehendit terentius  $BVS$  || 19 ut — comoediae *om.*  $F\alpha$ ; comoediae *om.*  $G$  || 20 sint] sunt  $FG$ , *om.*  $\alpha$  | sunt  $AG$ , *om. rell.* | et *add. W.* || 21 autem] enim  $\alpha$  | ut *om.*  $AG$  || 26 assidua  $A$ , -e  $F$  || 27 quam  $FVS$  | uidentur  $AB$ , -detur *rell.*



tur esse personarum, nam serui officium est currere, senis irasci; parasitus autem edax est, impudens sycophanta, leno auarus est: 'ergo si quae propria sermonis sunt et quae necesse habeo ex necessitate personarum complere, debetis mihi fauere potius quam aduerso suffragio contra 5  
 41 facere'. — 41 MEA CAUSA CAUSAM HANC IUSTAM ANIMVM INDVCTE VT ALIQUA PARS LABORIS MINVATVR MIHI quantum enim ad eum, qui comoediam scribit, pertinet, potuit secundum mores ingenio uniuersa complere; ego autem, qui haec pronuntiaturus sum, necesse habeo silentium. ideo, 10  
 46 silentio attendatis. — 46 IN HAC PVRA EST ORATIO quoniam sic dixerat, laboriosas potius comoedias ad se deferri, leues ad alium, ne praeiudicium huic comoediae fecisse uideretur, quod ipse dixit illam laboriosam, aut 15  
 exinde iam ut superius a populo iudicari posset, adiecit 'in hac pura est oratio'. — EXPERIMINI IN VTRAMQVE PARTEM INGENIVM QVID POSSIT MEVM non omnes aequali modo utrumque possunt et leuia proferre et grauia complere. ita ait 'in utramque partem': quoniam semper in aspe- 20  
 51 debetis. — 51 VT ADVLESCENTVLI VOBIS PLACERE STVDEANT POTIVS QVAM SIBI si enim mihi nunc honorem per silentium dederitis, facile adulescentes eo compelletis, ut uobis placere potius uelint, non sibi. quoniam officium 25  
 prologorum adulescentes sumunt et multa in comoediis ipsi

<sup>est</sup>  
 1 concurrere A, concurrere *rell.* || 3 si AG, sunt *rell.* | quae] haec PB | sunt <in̄ (m̄s G)> AG, om. PB<sup>1</sup> | et om. Fα || 5 fauere] facere PVS | contra facere (dicere G) | conatus facere Fα; c- fallere Schopen | iustam <esse> F | <in> animum Gα, om. A || 8 enim] est α | potuit <enim> PB || 9 moras AG, morem BVS || 11 inquit <ut> FV; i- uel Schopen || 14 leues AB, len- *rell.* || 15 dixit W.: -cit *codd.* | illa aut (om. laboriosam) Fα || 16 ut superius a W.: aut ut superius AG, a (ad F) superiora (-ri B) *rell.* || 18 omnis BV, -nia PS | aequalitas (-ta P) α || 19 lenia PVS | perferre Aα, perficere F || 21 in *add.* W. | lenioribus G || 23 enim] est (om. B) α || 24 eo Zeune: eos Fα, om. AG || 26 multi A

acturi sunt, ita factum cum mihi ex hac actione esse cognouerint, facile ipsi laborem hunc capere possunt, ut nobis placeant.

## I.

## 1.

53

I QVAMQVAM HAEC INTER NOS NVPER NOTITIA ADMO-  
 DVM EST haec scaena continet iniustam accusationem, quod 5  
 graues senex de se exigit poenas; defensionem continet  
 iustam: memorat quippe ita se meritum, ut ipse de se  
 habeat exigere poenam. quam rem qualitatis esse intelli-  
 gimus status et non tam esse accusationem quam obiur-  
 gationem. et omnino in huiusmodi auctoribus, qui non 10  
 apud iudicem controuersiam dicunt, uim debemus potius  
 intelligere quam controuersiam: non enim iudices prae-  
 sunt; sed quoniam talis est actio, ut uideatur uim con-  
 trouersiae continere, idcirco hic status est et secundum  
 istum statum cuncta dicuntur. ergo in hac scaena sta- 15  
 tus qualitas est absoluta, an iuste fecerit uel faciat,  
 quod de se senex exigit poenas. quam rem docet iuste  
 fieri ex eo, quod se meritum dicit propterea, quia ipse  
 filium suum amantem adulescentium more miserit in  
 militiam duram saepius eum accusando; unde probat 20  
 iuste sibi imponi istas quas implet grauissimas poenas.

— QVAMQVAM HAEC INTER NOS NVPER Chremes uicinus  
 cum conspiceret senem eundemque diuitem grauiter labo-  
 rare, ut tota die in opere consisteret uehementer, accedit  
 interrogans et, ut oportet apud ignotum, longa utitur 25

1 factum <est> G | actionem α || 2 possint Fα || 4 notia nuper α || 5 iniustam Lindenbr.: iniuste codd. | accusationi VS || 6 graues Schopen: -is codd. | defensionem <autem>? || 7 iustam Lindenbr.: iusta S, iusti rell. || 8 habeat (debeat F) exigere] exigit α || 9 notam (mot- G) codd., corr. Lindenbr. || 10 huiusmodi ex his corr. P<sup>2</sup> || 14 status hic α || 15 istum statum] ista tum α || 16 qualitatis α | an] utrum α || 19 adolescentum α || 20 eum] ipsum F, om. VS | proba G, om. FVS || 21 istas] has ipsas α || 23 eum] eum α, cum eum F | eundemque <olim> α, eundem G

- oratione, simulque sibi etiam quaestionem facit et quasi ipse sibi respondet. quo pacto uim ostendit eius, qui interrogat, cum sit ignotus: aliter enim senem in dolore positum et calamitatibus pressum ad locutionem et ad fabulas prouocare non posset, nisi secum ipse interrogans 5 illud ita loqueretur, uti adiceret, quae ipse respondere potuisset. ac primo purgat personam, cur, quamuis antea familiaritas nulla fuerit, audeat tamen hodie accedere et cum eo loqui. dicit quas causas habeat sibi, ut interrogare cupiat, quod nimius labor, quem ipse de se exigit 10 ille, qui senex est et qui diues est, in se taciturnitatem esse non permiserit, sed potius compulerit ad interrogandum, etiam<si> sibi parua amicitia fuisset atque notitia ex hoc, quod uicinum agrum non longe ante mercatus
- 55 est. — **3** NEC REI SANE AMPLIUS QVICQVAM FVIT nec ali- 15  
 56 **4** TAMEN VEL VIRTVS TVA ME VEL VICINITAS quam honesto  
 57 uerbo usus est: laborem et calamitatem uirtutem potius  
 58 nominauit! — **5** QVOD EGO IN PROPINQVA PARTE AMICITIAE  
 59 PVTO uicinitas agrorum et domorum quasi quaedam pars 20  
 58 amicitiae est. — **6** AVDACTER MONEAM ET FAMILIARITER  
 'audacter' quod quaedam dicturus est ueluti accusans,  
 'familiariter' quod ita accedit quasi ex notitia praeterita.
- 59 — **7** QVOD MIHI VIDERIS PRAETER AETATEM TVAM FACERE  
 ET PRAETER QVAM RES TE ADHORTATVR TVA ipse partitio- 25  
 nem suam persequitur, nam propter aetatem sic subiungit
- 62 **10** ANNOS SEXAGINTA NATVS ES AVT PLVS EO VT CON-  
 CIO AGRVM IN HIS REGIONIBVS MELIOREM NEQVE PRETII  
 MAIORIS NEMO HABET. 'meliorem' ad usum refert, 'pretii
- 67 maioris' ad opinionem populi de ipso agro. — **15** NVM- 30

2 respondit *FP*<sup>1</sup> || 5 ipse] in se  $\alpha$ , se *G*; fort. ipse se ||  
 7 cur] cum *F*, eius *G*, eum *VP*, ..n *S* || 9 habeat sibi *W*.: habet  
 sibi *F*, has sibi *G*, has ibi  $\alpha$  | uti *P*, om. *G* || 12 permiserint  
*GVS*, -riñt *P* | compulerit *Lindenbr.*: contulerit *codd.* || 13 si  
 sibi *W*.; si *Lindenbr.* || 17 VEL VICINITAS om. *F* || 18 est om. *F* ||  
 23 accidit *codd.*, corr. *Lindenbr.* || 25 <quod> res *F*  $\alpha$  || 26 pro-  
 sequitur *codd.*, corr. *Lindenbr.* || 27 est  $\alpha$  || 29 HABET] debet  $\alpha$

- QVAM TAM MANE EGREDIOR NVMQVAM TAM VESPERI DOMVM  
 REVERTOR hic est labor ille, qui fit plurimus, quo cotidie  
 toto die in aliquo opere est constitutus, quod aut fodere  
 69 inuenitur aut arare aut aliquid facere. — 17 DENIQUE  
 NVLLVM REMITTIS TEMPVS NEQVE TE RESPICIS 'nullum remit- 5  
 tis' ad illud pertinet, quod dixit 'numquam tam mane egredior  
 neque tam vesperi domum reuertor', 'neque te respicis' ad  
 illud, quod supra est, uel quod senex est uel quod diues. —  
 72 20 AT ENIM DICIS QVANTVM HIC OPERIS FIAT PAENITET et  
 optima, ut diximus, ratione ipse sibi quaestionem facit et 10  
 utitur respondentis ratione, ut eum prouocare possit ad  
 loquendum, qui frequenter pressus dolore conticescit: 'sed  
 dicis mihi' inquit 'paenitet me quantum hic operis fiat',  
 cui respondet, tamquam hoc sibi propositum sit 'sed in  
 opere faciendo quod consumis, si id consumas in exercen- 15  
 75 dis seruis, plus agas'. — 23 CHREME TANTVMNE AB RE  
 TVA OTII EST TIBI bene tamquam alienum alloquitur Me-  
 nedemus, ut illi et otium esse dicat et tantum otium a  
 rebus suis, ut et aliena curet et ea, quae ad se nihil  
 77 attinent. — 25 HOMO SVM quoniam ille inquit 'curas', 20  
 respondit 'homo sum'; <quia ille> 'quae ad te nihil at-  
 78 tinent', inde 'humani nihil a me alienum puto'. — 26 VEL  
 ME MONERE HOC VEL PERCONTARI PVTA 'monere' si sciam  
 79 quid facias, 'percontari' si nesciam. — 27 RECTVM EST  
 EGO VT FACIAM NON EST TE VT DETERREAM ad superiora 25  
 pertinet sensus, ut intelligi possit: 'uel percontari puta;  
 si rectum est, ideo quaero ut faciam, si non est rectum,  
 ut te deterream'. detertere enim est aliquem a proposito

2 fit] sit  $F\alpha$  | quoquo<sup>co</sup> tidie  $P$ , qñ  $G$  || 3 in alio opere  
 est  $F$ , in aliquo<sup>pe</sup> e (in *mg.* ~labore)  $P$ , in alio labore  $V$ ,

labore  $S$  || 4 aut arare *om.*  $VS$  | aliquid] tale quid *Goetz* ||  
 5 respicias  $\alpha$  || 8 quod *I. om.*  $\alpha$  | diues <est>  $F$  || 9 dicis <me>  
 $G$  || 14 cui  $S$ , cur *rell.* || 15 si id consumis  $G$ , id cū sumas (con-  
 sumas  $S$ )  $\alpha$ , tue si sumas  $F$  || 17 tibi <aliena ut cures>  $F$  ||  
 19 et *I. om.*  $GVS$  || 21 quia ille *add. W.* || 25 ergo  $G\alpha$  | ad —  
 28 deterream *om.*  $G$  || 28 enim *om.*  $F$

- 80 terrere et reuocare. — 28 MIHI SIC EST VSVS mihi sic  
 86 expedit. — 34 AVT CONSOLANDO AVT CONSILIO AVT RE IV-  
 VERO apponit causas, cur aliena incommoda curare uideat-  
 tur. 'hoc' inquit 'quod interrogo, proderit tibi: aut enim,  
 grande malum <si> est, consolatione te adiuuero <aut>',  
 si subueniri potest, re adiuuero'. ita boni amici ordinem  
 87 custodiuit, ut credat se aliquo modo prodesse. — 35 HAC  
 QVIDEM CAUSA QVA DIXI TIBI quoniam Menedemus tantum-  
 modo illud posuerat, uti diceret 'scire hoc uis?', ille con-  
 tinuo repudiauit causam, ut diceret 'non rem cupio scire,  
 sed hac causa scire cupio, qua dixi tibi, ut aut consolari  
 te possim aut consilio aut re adiuuare possim'. —  
 93 41 FILIVM EGO ADVLESCENTVLVM HABEO hic narratio in-  
 cipit, cur se senex puniat. — 44 EST E CORINTHO HIC  
 ADVENA ANVS PAYPERCVLA et haec narratio est ad perso-  
 nam declarandam eius mulieris, quae puellam tulit illam,  
 quae Chremetis filia est. quae interposita narratio ad  
 99 illam superiorem coniungitur et adnectitur. — 47 COEPI  
 NON HVMANITVS NEQVE VT DECVIT ANIMVM ADVLESCENTVLI  
 TRACTARE hic iam se arguit, quod iuste de se exigat  
 poenas, siquidem, cum animaduertisset filium amare mu-  
 lierem, non humano modo neque, uti decuit, adulescentuli  
 animum sic tractauit, sed aperte ui et more patrum co-  
 tidie accusauit, subiungit allocutionem, qua usus est, cum  
 106 accusaret filium 54 EGO TE MEVM ESSE DICI TANTISPER  
 VOLO DVM QVOD TE DIGNVM EST FACIES dici te filium  
 meum tam diu uolo, quam diu facis, quod te dignum est  
 facere. sin autem non feceris, ego inueniam quod in te

1 sic om. *codd.* praeter *F* | mihi om. *F* || 2 te iuero *G*,  
 re uera *P*<sup>2</sup>*S* (-r&) *V* || 3 curare] quaerere *F*, quere *P*, -ri *VS* ||  
 5 si est *W*.: et *codd.* | adiuuero aut *W*.: adiuuo *codd.* || 6 aut  
 re iuero *G* || 8 dixit *F* α || 9 proposuerat *G* || 10 repudiauit *G*,  
 -aret ad *F* α | uti *F* α | scire cupio *F* α || 12 aure adiuuari α ||  
 18 et adnectitur om. *P* | coepit *G* α || 19 NEQVE] atque α || 21 ani-  
 ma aduertisset α || 23 aperte — accusauit] peruulgata ui et uia  
 patrum cotidie accusabam *G* (= *Ter.*) || 24 cum — filium om. *F* ||  
 25 ESSE om. *G* || 26 facias *G* | dic *P*<sup>2</sup>*VS* || 28 facere om. *F* (*recte*?)

- 112 dignum sit facere. — **60** SIMVL ET REM ET GLORIAM AR-  
MIS BELLII REPPERI ut uno tempore militiae labore proprio  
114 et fortunas reperirem et dignitatem. — **62** SAEPE EADEM  
GRAVITER AVDIENDO hic onerat causam suam: quod fre-  
quenter dixerit et grauitur attenderit, adulescens uictus 5  
117 discessit in militiam. — **65** IN ASIAM AD REGEM MILITA-  
TVM ABIIT CHREME singula in pronuntiatione sunt collo-  
canda: nam 'in Asiam' quod dixit, intelligere debemus  
in longinquum locum, 'ad regem' uero hoc est quasi in  
seruitutem, 'militatum' ubi scilicet durus labor est et peri- 10  
118 culum. — **66** CLAM ME PROPECTVS EST hic curauit, quod  
facile illi poterat opponi 'cur ergo non, cum eum uideres  
proficisci, <prohibuisti>?' 'clam me' inquit 'profectus est'.  
— MENSES TRES ABEST hic dolorem suum exprimit tem-  
119 poris longinquitate. — **67** AMBO ACCVSANDI nequid tota 15  
exposita est *sententia*. idcirco aequalem partem accusatio-  
nis suae posuit Chremes, quod dixit 'ambo accusandi';  
quamquam inclinauit, ut adulescentem defendere uideatur,  
cum dixit 'etsi illud inceptum, quod adulescens <\*\*\*\*\*>,  
uidetur esse prudentis animi signum et non minus obse- 20  
quentis'. hoc est namque, quod dixit (*v. 68*) 'et non in-  
124 strenui'. — **72** SOCCOS DETRAHVNT dixi iam (*Eun. IV 6, 31*)  
comoedias istas esse palliatas, hoc est ubi personae sunt  
131 Graecae. ideo ergo dixit 'soccus detrahunt'. — **79** SED  
GNATVM VNICVM QVEM PARITER VTI HIS DECVIT AVT ETIAM 25  
AMPLIVS . . . EVM EGO EIBCI HINC INIVSTITIA PERA quem oportuit  
his rebus uti ita, uti ego utor, pari modo aut uero  
amplius, quod illa aetas magis ad haec idonea sit. —

1 ET I. om. F | re<ge>m α || 3 EADEM post GRAVITER F,  
om. G || 4 his α || 7 chremes α | inculcanda pro in .. collocanda  
Schoell coll. Quintil. IX 3, 50, fort. recte || 8 in asia F α || 9 in 2.]  
ad G || 10 et periculum est F α || 12 eum om. G | uideret G,  
ris α || 13 proficisceretur G | prohibuisti add. Schopen; retinuisti  
Westerb. | inquit om. G || 16 sententia om. F; causa suppl. Zeune ||  
19 lac. sign. W.; clam est profectus suppl. Schoell || 20 prudentis  
P<sup>2</sup>VS || 21 namque] nam (non S) F α || 23 ubi] ibi F, tibi α ||  
25 uti pariter hiis G || 26 quam α || 27 uti ita et ego uti G

- 135 **83** MALO QVIDEM DIGNVM ME QVOVIS DEPVTO SI ID FACIAM  
 si hoc faciam, uti utar solus bonis meis, quouis malo me  
 136 arbitror dignum. — **84** NAM VSQVE DVM ILLE VITAM ILLAM  
 COLET INOPEM quamdiu ille in militia positus habebit  
 uitam illam sine ope carens *patria* propter iniurias meas, 5  
 tamdiu de me illi dabo supplicium sic laborans et seruiens.  
 141 — **89** CONTRASI OMNIA hoc est: collegi uniuersa, quae  
 142 uenderem. — **90** SERVOS NISI EOS QVI OPERE FACIENDO  
 FACILE SVMPVTVM EXERCERENT SVVM uniuersos produxi et  
 uendidi exceptis his, qui suo opere suos sumptus tolerare 10  
 144 potuissent. — **92** INSCRIPSI ILICO AEDES MERCEDE hoc est:  
 146 aedes meas locaui. — **94** HIC ME EXERCEO non hic ad  
 uoluptatem positum 'exerceo', sed ad laborem, quemad-  
 modum Virgilius (*Aen. III 182*) 'nate, Iliacis exercite  
 147 fatis'. — **95** DECREVI TANTISPER CHREME MINVS INIVRIAE 15  
 ME MEŌ GNATO FACERE DVM FIAM MISER hoc enim iudi-  
 caui me non tantam iniuriam facere filio meo, quem ex-  
 152 puli, si et ipse miser sim. — **100** SI QVIS RECTE AVT  
 COMMŌDE TRACTAVERIT supra accusauerat utrumque, quia  
 dixerat (*v. 67*) 'ambo accusandi', modo utrumque defendit, 20  
 quod hunc ingenio leni dicit et illum obsequentem, si  
 modo aliquis recte et commode tractaret alterum. nam  
 154 hoc factum esse dicit, quod neuter se nouerat. — **102** VBI  
 NON VERE VIVITVR ubi non integre uita ostenditur, ubi non  
 155 nudatur, ut quis qualis sit agnosci *possit*. — **103** QVANTI 25  
 157 PENDERES quanti diligeres, quanti amares. — **105** QVOD  
 SI ESSET FACTVM HOC NVMQVAM EVENISSET MALVM si aut  
 tu mores tuos illi declarares aut ille tibi qualis esset

1 me dignum *F* | deputari  $\alpha$  || 4 colat *F* | quamdiu — ope  
*om. G* | ille *om. F* || 5 opere *codd.*, *corr. Westerh.* | ob meas in-  
 iurias *G* (= *Ter.*) || 6 tamdiu] interea *G* (= *Ter.*) || 9 exercent *G*  $\alpha$  |  
 produxit et uendidit *G*  $\alpha$  || 10 suos *om. G* || 13 quemadmodum]  
 ut *G* || 15 chremes (-is *P*) *F*  $\alpha$  || 18 miserrimus fiam *G* || 19 tracta-  
 ret *F* (= *Ter.*) | quia *W.*: qui *codd.* || 20 defendi  $\alpha$  || 21 si modo  
*Westerh.*: si minus (*om. G*) *codd.* || 22 aliqui *F*  $\alpha$  || 24 non datur *F* ||  
 25 possit *om. F* || 26 quantum *Lindenbr.* || 27 factum esset *G* |  
 hoc *om. F*; haec *Ter.* | EVENISSET MALVM] euenissent tibi *Ter.* ||  
 28 illi (-is *P<sup>1</sup>V<sup>S</sup>*) declarares *ante* EVENISSET *codd.*, *transp. W.*

ostenderet, facile ad hoc calamitatis genus non ueniretis.

- 158 — **106** ITA EST FATEOR PECCATVM A ME MAXIMVM EST quoniam utrumque quodammodo accusauerat Chremes, quod neuter sibi mores suos ostendisset, omne crimen in se potius deriuat senex ac dicit uerum esse, quod dicit 'sed 5  
159 a me maximum peccatum est'. — **107** MENEDEME ad personam hic ex illis, quae supra promisit, inuenit quod  
160 afferat, scilicet consolationem, siquidem dicit **108** FILIUM ADFVTVRVM HIC CONFIDO PROPEDIEM 'confido' hoc est fiduciam gero. — **110** DIONYSIA HIC SVNT HODIE APVD ME SIS 10  
VOLO optime factum, ut post narratam calamitatem, cui quidem praeter consolationem subueniri non poterat, tamen ex ipso auxilium esse potuisset in eo, quod uult eum ad cenam uocare: quod dixit 'sunt hodie Dionysia', quae sunt  
171 sacra Liberi patris apud Athenas. — **119** NIHIL OPVS FUIT 15  
MONITOREM iam in domo inuentus est ille atque mire cupiebat eum uocare ad cenam. 'monitore ergo opus' inquit 'non fuit: nuntiant illum in domo esse'.

## 2.

- 175 **1** NIHIL ADHVC EST QVOD VEREARE CLINIA haec scaena habet † Clitiphonis adulescentis suspicionem, quod amica 20  
sua se absente corrupta est. sumit igitur per coniecturam argumenta, quae suo loco plenius apertiusque narrabimus. ac primum quasi quoddam argumentum est seruum, qui missus sit, non redire, cui iam multum temporis uideatur assumptum. unde efficitur consolatio a Clitiphone amico, 25  
cum dicit 'nihil est quo uidearis esse sollicitus'. — HAVT QVAQVAM CESSANT hoc est: non diutissime tardant. uerum

1 ueneritis α || 4 <esse> suos mores (-is P) Fα || 5 ac dicit] addicit G, addicit α || 6 maximo PV | menedeme <at porro recte spero> F || 10 sunt hic G || 12 subueniri G, -re *rell.* || 13 auxilium W.: -o *codd.* | in eo quod *ante* ex *codd.*, *transp.* W. || 14 quod dixit] quo dī α, quod F | sunt *post* Dionysia VS, *om.* P || 15 sacra *om.* G | FUIT est G || 16 monitore G (= Ter.) || 17 monitorē V || 18 nuntiant *Westerh.*: nuntia Fα, nunc iam G | esse <sat scio> G || 19 ADHVC *om.* G || 20 Clitiphonis] *immo* Cliniae || 21 est] sit G | sumit] sinit F, si α || 22 <in> loco G || 26 quod Fα || 27 diutissime *om.* F



- cum intus positum Cliniam allocutus esset, Clitipho egreditur, patrem prospicit, ei commendat officium suum, ne uideatur nescio quem adulescentulum recepisse, sed ut merito hoc fecisse declaret. sumit igitur exordium, quo commendat adulescentem: sibi olim iam fuisse cognitum <sup>5</sup> ac se coactum amicitia eum recepisse. ideo adiecit **9** NAM
- 183 MIHI CVM EO MAGNA EX PVERITIA FUIT FAMILIARITAS. —
- 184 **10** VOLVPTATEM MAGNAM NVNTIAS scit enim Chremes uehementer eius patrem esse sollicitum. quod ergo audit reuersum adulescentem, dicit et sibi maximam natam <sup>10</sup> uoluptatem. denique huius uoluptatis causam in animo
- 185 habens subiunxit **11** QVAM VELLE MENEDVM INVITATVM AMPLIUS VT HANC LAETITIAM NECOPINANTI PRIVS OBICEREM DOMI uti non suspicanti amplius <prius>, quam etiam
- 187 speraret, hanc laetitiam domi obicerem. — **13** CAVE FAXIS <sup>15</sup> NON OPVS EST PATER caue facias, nam non necesse est: nescit nam adulescens a patre filium desiderari; ideo prohibet patrem suum aliquid facere, quo uindicetur adulescens reuersus. — **16** ATQVE ABITIO hoc est discessio. —
- 190 **18** MISERVM QVEM MINIMVM EST CREDERE quoniam ille dixit <sup>20</sup> miserum esse adulescentem uel quod ipse adulescens miserum se putet, negat esse hic miserum, siquidem habet omnia, quae quidem in homine dicuntur *bona*. et subiungit
- 195 **21** ATQVE HAEC PERINDE SVNT VT ILLIVS ANIMVS EST QVI EA POSSIDET atque haec talia sunt, qualis animus illius, <sup>25</sup> qui haec tenet: nam qui scit uti his omnibus, bona sunt, illi uero, qui non utitur recte, mala sunt. <sic> simul et dis-

3 recepisse sed *W.*: recepisset  $\alpha$ , -isse  $\beta$  || 4 <cum> merito *G* | effecisse  $\alpha$  | declarat *F* $\alpha$  | quo *W.*: quod *codd.* || 6 eum] enim  $\alpha$  | recepisset  $\alpha$  || 7 MAGNA EX] iam inde a *F* | fuit <semper> *F* || 9 audit ergo *F* $\alpha$  || 10 adolescentulum *G* | et *om. GP* | natam maximam (magnam *S*) *F* $\alpha$  || 13 obiceret  $\alpha$  || 14 <ei> domi *F* | prius *add. W.* || 15 <si> speraret (speret *F* $\alpha$ ) *codd.* | obiceret *P<sup>1</sup>VS* || 16 nam non] nec nam *F* $\alpha$ ; nec enim *Lindenbr.* || 17 nam nescit *F* || 21 esse miserum *G* || 22 se ante adulescens *FP, om. VS* | omnia habet  $\alpha$ , omnia *G* || 25 illius <est>  $\alpha$  || 27 illi <illa> *F* $\alpha$  | <utique> mala  $\alpha$  | sic *add. Goetz* | disiunctionem *W.*: disiect- *F* $\alpha$ , dilect- *G*

- 198 iunctionem collocauimus et intellectum didicimus. — **24** NE QVID ILLVM PLVS SATIS FAXIT PATER hoc uereor, ne aliquid amplius faciat pater quam quod satis est. ideo iniustum uult patrem ostendere, siquidem poeta negat
- 199 esse contentum, ut eius adhuc filius laboret. — **25** ILLENE hoc utique intelligitur propterea dictum, quia scit Chremes animum Menedemi. haec ne proderet, repressit se et reliqua uerba contexuit dicens hanc causam, quod
- 200 in metu esse filium patri uehementer est utile. — **26** VT VT ERAT MANSVM TAMEN OPORTVIT qualiscumque, inquit,
- 204 fuit, oportuit tamen patrem sustinere. — **30** NAM PARENTVM INIURIAE HVIUSMODI SVNT <FERME PAVLO QVI EST HOMO TOLERABILIS> SCORTARI CREBRO NOLVNT <NOLVNT> CREBRO CONVIVARIER praeter hunc morem, qui est innatus parentibus circa liberos suos, quod non scortum uolunt crebro, quod nolunt crebro conuiuium, hic ferme paulo est tolerabilis. — **33** PRAEBENT EXIGVE SVPTVM modice suggerunt
- 207 sumptum. — **36** HOC SCITVM EST PERICVLVM EX ALIIS FACERE TIBI QVOD EX VSV SIET optima occasione senex, dum aliorum mores et facta demonstrat, occasionem corrigendi filii repperit, ut moneret: 'scitum est' inquit 'et perelegans ex aliis periculum facere' hoc est temptamentum
- 212 'quod tibi uehementer expediat'. — **38** TV VT TEMPVS DIEI tempus non solum summum est, sed et pars partis est, sicuti hic posuit 'diei tempus', cum temporis dies esse uideatur.

2 <in> illum *F*, illi *G* | facit  $\alpha$ , -ciat *G* | hoc <amplius> *G*  $\alpha$ , *om. F* || 3 amplius <habeat> *codd.*, qui faciat pater post est *addunt* | quam quod] quam *F*, qđqđ  $\alpha$  || 4 patri *F*  $\alpha$  || 5 contemptum *codd.*, *corr. W.* | ut *om. F*  $\alpha$  | eius] ea cur *F*, eacus (*ae-PV*)  $\alpha$  | laboret filius *F* || 9 est] esset *Schopen* | *VTVT*] ut *G*, uti *F*  $\alpha$  || 12 uniusmodi *F* (= *Ter.*) || 13 SCORTARI — 16 tolerabilis *W.*: circa liberos suos quos (quod *F*) scortari crebro nolunt quod nolunt (quod nol- *om. \alpha*) crebro conuiuium (crebro conuiuari *FP*, *om. VS*) praeter . . . parentibus hic ferme . . . tolerabilis scortari crebro nolunt (scort- — nol- *om. FVS*) non scortum uolunt crebro (non scortari nolunt se crebro hoc nolunt scortari crebro *P*, *om. FVS*) conuiuariet (-et *G*) crebro (conuiu- crebro *om. FVS*) *codd.* || 17 suggesserint *P*, *om. VS* || 21 filium *G* || 22 pereligans  $\alpha$  || 23 <est> diei *F*

## II.

## 1.

- 213 **1** QVAM INIQVI SVNT PATRES IN OMNES ADVLESCENTES  
 IVDICES remansit solus Clitipho: secum conqueritur de  
 patris oratione, quod se uoluerit admonere. ordo est: quam  
 214 iniqui sunt iudices patres in omnes adulescentes. — **2** QVI  
 AEQVVM ESSE CENSENT NOS A PVERIS ILICO NASCI SENES qui 5  
 arbitrantur iustum esse in pueritia moribus senum degere  
 217 uitam. — **5** MIHI SI VMQVAM FILIVS ERIT si aliquando  
 mihi filius continget. — NE ILLE FACILI ME VTETVR PATRE  
 216 ualde me utetur bono et facili patre. — **4** EX SVA LIBI-  
 DINE MODERANTVR NVNC QVAE EST NON QVAE OLIM FVIT 10  
 modum imponunt adulescentibus de moribus suis, quos  
 nunc habent in senectute, non quos in adulescentia ha-  
 218 buerunt. — **6** NAM ET COGNOSCENDI ET IGNOSCENDI <DABI-  
 TVR PECCATIS> LOCVS facile, inquit, filio meo hanc facul-  
 tatem dabo, ut uniuersa eius facta cognoscam, tamen si 15  
 224 peccarit ignoscam. — **12** CVI QVOD RESPONDEAM NIHIL  
 HABEO expressit inopiam uer<bor>um, siquidem non solum  
 dixit 'cui quid dicam non habeo', uerum et 'ad responden-  
 225 dum uerba desunt'. — **13** ETSI IS QVOQVE SVORVM SATAGIT  
 227 etsi is quoque de suis rebus plurimum cogitat. — **15** MEA 20  
 EST POTENS PROCAX hoc positum, ut ex nobilitate plurimum  
 audeat postulare. 'procax' a <procando, hoc est> petendo  
 dictum est, unde et proci nuptiarum petitores. — SVM-  
 PTVOA NOBILIS <'sumptuosa'> ut et necessitatem sibi  
 petendi propter suos sumptus faciat; 'nobilis' autem omni- 25

2 <et> secum *S* || 4 adulescentes <filios> *G* || 5 nos <iam>  
*F* || 6 arbitrentur  $\alpha$  | esse] est  $\alpha$  | ducere uitam *G*, decreū *P*,  
 uiuere *F*, nasci *VS* || 8 NE ILLE *om.* *F*  $\alpha$  || 9 <id est> ualde *VS* |  
 ualde me *om.* *F*, ualde — patre *om.* *G* || 10 moderatur *codd. praeter*  
*F* || 12 non] nos  $\alpha$  || 13 DABITVR PECCATIS *om. codd. praeter F* ||  
 15 ut *Lindenbr.*: et *codd.* | <peccauit> si peccarit  $\alpha$  || 17 uerbo-  
 rum *W.* || 18 quid dicam *Goetz*: quidem (quid d'e *G*) *codd.* |  
 et *F*, eēt *P*, *om. rell.* || 21 <ad (ab  $\alpha$ )> hoc *F*  $\alpha$  || 22 procando  
 hoc est *add. W.* || 23 dictum *Lindenbr.*: -a *codd.* | proci <dicun-  
 tur> *F*  $\alpha$  || 24 sumptuosa *add. Schoell* || 25 nobiles *G*  $\alpha$  | autem  
*W.*: at  $\beta$  *P*<sup>1</sup>, ab *P*<sup>2</sup> *VS*

228 bus nota. — 16 NAM NIHL ESSE MIHI RELIGIO EST dicere me hoc non habere maxima mihi religio est, ut (*Verg. Aen. II 715*) 'religione patrum multos seruata per annos'.

## 2.

- 230 1 SI MIHI SECVNDAE RES DE AMORE MEO ESSENT IAM DV DVM SCIO VENISSENT hic est illud, quod supra diximus, 5 quod per coniecturam Clinia credit amicam se absente corruptam. ac primum argumentum fecit ex eo, quod missus seruus nondum rediit. deinde proponit ipsam suspi-  
 231 cionem 2 SED VEREOR NE MV LIER ME ABSENTE HIC COR RVPTA SIT. adiungit et opiniones et argumenta a tempore, 10  
 233 quod est 4 OCCASIO: occasionem autem hic intelligimus, quod absens fuit ipse. deinde ponit locum: Athenas, ubi magna hominum multitudo est et ciuium et uariis moribus uiuentium. adiungitur AETAS, hoc est a persona et a tempore, quod adulescentula est ac propterea uario in- 15 genio. deinde addidit MATER: hoc nomen parum est, nisi iam adderetur 'mala'. sed ne rursus suae uoluntatis et iudicii esset mulier, ideo adiecit CVIUS SVB IMPERIO EST CUI NIHL  
 237 IAM PRAETER PRETIUM DV LCE EST. — 8 PERGIN ISTVC PRIVS DIIVDICARE QVAM SCIAS QUID VERI SIET perseueras 20 ante hoc quasi certo iudicio tenere, quam scias quid in  
 238 uero sit. — 9 SI NIHL MALI ESSET IAM HIC ADESSET argumentum recepit ex eo, quod non rediit missus seruus: 'certa mihi' inquit 'suspicio est illam esse corruptam'. —

1 MIHI *post* RELIGIO *G, om.* VS || 2 mihi *om.* β | ut <uirgilius> VS, ut <illud> F || 3 religione <maximum eius est> β P, religio est VS || 4 SI MIHI] *hic incipit B'* | de meo amore G || 5 hoc F || 9 NE MV LIER *om.* B' VS || 11 quod — 15 tempore *om.* G || 16 est] *esset Schopen* | nisi (*Westerh.*) iam *Goetz*: nam *codd.* || 17 iudiciis *GP*<sup>1</sup>, -eis F || 18 esset B', esse G, et *rell.* || 20 preiudicare α | <si> quod *PVS* || 21 quam] quasi F α | inuenero *GPVS*, inuentum B' || 22 sit *om.* G | IAM] etiam (*post hic*) G, et *FPVS* | hinc *PVS*, huic F | adessent *FPVS* | <ille (*om.* F) ad consequendi (*ex -ter corr. P*)> argumentum F α || 23 ex eo <enim> F α | redit *codd.*; *cf. ad v. 1* || 24 inquit *om.* G

IAM ADERVNT QVANDO ISTVC ERIT illud enim, quod dixit 'iam', amant ita apponere qui loquuntur. hoc amanti tardum est: ideo adiecit 'quando istuc erit?'

## 3.

- 242 **1** AIN TV SIC EST VERVM INTEREA DVM SERMONES CAEDIMVS haec scaena exoluet illam suspicionem, quam Clinia habuit: et haec coniectura est. deinde rursus habet alteram causam, quod amicam Clitiphonis adduxerit seruus, ita ut in domo patris esse possit: quae res an fieri possit deliberationis uim tenet. ita prior causa in controuersia est, secunda in deliberatiua; aut controuersia est ex coniectura: coniecturae ergo partibus tractabitur, hoc est uti dicta et affectus, quod  $\pi\acute{\alpha}\theta\omicron\varsigma$  Graece dicitur, suggerant argumenta. sed <haec> suis locis explanabimus. — DVM SERMONES CAEDIMVS caedere sermones dicitur, qui frequenter et plurima loquitur. — **2** MULIER TIBI ADEST AVDIN CLINIA quod ita locutio serui fuerat, ut diceret 'illae relictiae mulieres sunt', <quod mulier> uenit cognouit. — **245 4** MINIME MIRVM ADEO IMPEDITAE SVNT mirandum non est, quod impeditae sunt mulieres, quae et ancillarum ducunt **246** secum gregem et plurimum comportant. — **5** PERI VNDE ILLAE SVNT ANCILLAE crescit error Cliniae, ut magis credat esse corruptam, quod ancillas habeat et aurum. haec omnia meretricis, non illius mulieris sunt, sed adhuc ignorat **248** adulescens. — **7** ET VESPERASCIT hoc est nox fit: a uespere **256** factum uerbum est. — **15** O IVPPI TER VBINAM EST FIDES neeedum soluta sibi suspicione queritur adulescens se esse

1 aderint *P*, -rit *FB'*, -rat *VS* || 2 amant *W*.: -ti *codd.* | loquitur *GB'VS* || 6 hec <hic (ic *P*)  $\beta$  *P* | est *G*, *om. rell.* || 8 an] si *G* || 10 coniectura coniecturae *W*.: -ra *B'S*, -rae *rell.* || 12 ΠΔΤΩC (*add. pauros*) *F*, paucos *rell.* | suggerant *Lindenbr.*: -rat *codd.* || 13 haec *add. W.* || 14 dicuntur ... loquuntur *F* || 16 ut *B'*, quod *rell.* || 17 sunt *om. FPVS* | quod mulier *add. W.* (*mulier in mg. F*) | uenit cognouit *om. G* || 20 gregem ante ducunt *Fα* || 21 sunt illae  $\alpha$  | error *F*, terror *rell.* || 23 ad hoc *PVS*, hoc *F* || 26 queritur *F*, -rit *rell.*

- desertum et Antiphilam potius omisso amore amatoris sui  
 258 in meretricios mores esse delapsam. — **17** CONLOCUPLE-  
 260 TASTI diuitem fecisti. — **19** CVIVS NVNC ME PVDET ET  
 MISERET patris me pudet et miseret, qui frequenter harum  
 265 mores dicebat mihi et frustra monuit. — **24** NAM ET VITA <sup>5</sup>  
 EST EADEM ET ANIMVS ERGA TE IDEM AC FVIT prima pro-  
 positione uolens seruus soluere errorem suspicionis Cliniae  
 dicit 'et uita est eadem amicae et animus ille, qui circa  
 te fuit'. uerum meminisse debemus duas res esse proposi-  
 tas, ut et uita eadem probetur et idem animus: potuit 10  
 enim in eadem muliere castitas perseuerare, ut esset eadem  
 uita, non tamen idem animus; potuit tamen et obliuisci  
 amatoris sui et non eum desiderare. ideo adiecit 'et idem  
 269 animus erga te ac fuit'. — **28** VT NE QVID HVIVS RERVIV  
 IGNORES quod nuntiat seruus anum perisse, quae ei mater 15  
 esse dicebatur, ad causam minime pertinebat. ideo adiecit:  
 'hoc primum' inquit 'dico, ne aliquid harum rerum igno-  
 271 res'. — **30** ALTERAE DVM NARRAT hic iam praemissio  
 alterius narrationis effecta est: nata est suspicio, ut quae-  
 reretur quae sit altera. cuius narrationem differt: prius 20  
 274 enim de amica Cliniae narratio incipit **33** IAM PRIMVM  
 OMNIVM VBI VENTVM AD AEDIS EST DROMO PVLSAT FORES.  
 hic breuiter omnia argumenta, quae a summo ad imum sunt,  
 colligamus. ac primum quaeso collocetur: casta est mulier  
 et eadem, quae fuit ante, perseuerat, quod ianua eius 25  
 clausa est, quod seruus pulsauit fores, quod anus processit,  
 quod ostium aperuit, quod continuo ingressus est seruus,  
 quod et ipse ingressus sum, quod statim anus pessulum  
 rursus foribus obdit, quod ad lanam redit, quod textentem

1 et Antiphilam Schopen: et auferam PVS, et alteram F,  
 om. G | potius om. G || 3 ME post MISERET G || 8 ille] idem  
 Schopen || 10 uti FP || 11 enim — potuit om. G || 15 ignores  
 FB', -rares rell. | nuntiet PVS | quae] quod PVS | ei] eius  
 Schopen || 18 iam Lindenbr.: nam F, an PVS, om. B'G || 19 <unde>  
 nata B' | uti Fα || 20 prior VS || 21 enim <est> Fα | incipit  
 <autem (enim S) narratio> FPVS || 22 edes β || 23 hic <ergo>  
 Fα | a B', om. rell. || 24 quaeso α, questio F, sic G || 25 ante  
 om. G

- telam studiose ipsam inuenimus, quod mediocriter uestitam, quod sine auro, quod ita ornatam quemadmodum sibi ornantur, quod nulla mala re expolitam muliebri, quod capillus ab ea reiectus circum caput fuerat negligenter, quod ancilla cum ea texebat pannis ipsa contexta. haec sunt, quae uitam probant. rursus subiungitur, an idem
- 303 animus circa Cliniam perseueret: ideo interrogauit **62** QUID
- 304 AIT VBI ME NOMINAS, et subiungit ille **63** VBI DICIMVS REDISSE TE. ergo et hic coniectura est, an idem animus perseueret. probamus autem quod perseueret ex eo, quod
- 305 ubi te nominauimus **64** MULIER TELAM DESERT CONTINVO ET LACRIMIS OPPLET OS TOTVM SIBI VT FACILE SCIRE DESIDERIO <ID> FIERI TVO. completa igitur omni re ad alteram narrationem necessario cito deuoluitur, ut ostendat, quae illa altera sit mulier, de qua antea com-
- 311 memorauit. — **70** ADDVICIMVS TVAM quo facilius blandiri
- 313 possit adulescenti, adiecit 'tuam'. — **72** HEVS NON FIT SINE PERICVLO FACINVS MAGNVM AC MEMORABILE quoniam interrogatus seruus, quo duceret Bacchidem, respondit 'ad patrem', quod aegre ferens adulescens cum 20 indignatione audacem seruum pronuntiauit, continuo ille respondit, facinus magnum et memorabile fieri numquam posse sine aliquo periculo. ita in hoc quoque periculum est, cum patre praesente in domo futura sit meretrix. tam magnum est istud et memorabile, ut nihilo minus 25
- 315 celari possit. — **74** HOC VIDE IN MEA VITA TV TIBI LAUDEM IS QVAESITVM SCELVS quam astutus ad gloriam, siquidem de meo periculo tu tibi comparare uis laudem. —
- 316 **75** VBI SI QUID PARVM MODO TE FUGERIT EGO PERIERIM in

3 ornantur sibi *G* | quod nulla *om. G* | expolitam *B'*, -ta *rell.* || 5 <quae> cum *G* | ipsa] fuit *G* | contexta *codd.*, *corr. Schopen* || 9 redisse te dicimus *G*, dicimus te redisse  $\alpha$  || 15 ante *B'*, (*add. dixerat uel*) *VS* || 17 adulescenti possit adiecit *F\alpha* | heus <tu> *FB'* || 20 quod *G*, quam *rell.* | aegre *Lindenbr.*: aere *codd.* || 21 pronuntiat *G* || 23 quoque *Lindenbr.*: quod *codd.* || 25 tam *B'*, tamen *rell.* || 27 astutus *Lindenbr.*: astultus *P*, stultus *rell.* || 28 de *om. \beta* (*recte?*) || 29 PARVM] paululum *Ter.* | te modo effugerit *G* | <ut> ego *GPVS*

- quò negotio si te fefellerit aliqua consilii pars, ego con-  
 317 tinuo perierim. — **76** QUID <ILLO FACIAS quid> deinde  
 facturus es? hoc est enim quod dixit 'quid illo facias?' —  
 AT ENIM pendens oratio hac intercessione efficitur adu-  
 lescentis, quod non patitur eum ambagibus circuire: ideo  
 318 enim dicit 'quid «enim»? — **77** ITA RES EST HAEC NVNC  
 QVASI CVM uoluit seruus quasi quandam similitudinem  
 dare, ut sic ostenderet, quale sit illud consilium, quod  
 ipse disposuit. sed quoniam, similitudo cum datur, quidam  
 est in oratione circuitus, idcirco adiecit QVAS MALVM MIHI  
 319 AMBAGES NARRARE COEPIT. denique et alter adulescens  
 hoc intellexit, unde adiecit **78** SYRE VERVM HIC DICIT  
 MITTE ISTA QVAESO scilicet externa et per similitudinem  
 translata. unde admonuit eum, quod dixit ATQVE AD REM  
 REDI: etenim quod per similitudinem datur, res non est. 15  
 320 — **79** ENIMVERO RETICERE NEQVEO MVLTIS MODIS INIV-  
 RIOSVS CLITIPHO ES unde iam tacere non possum. bene  
 indignationem suam seruus extulit, quo facilius sibi adu-  
 323 lescentem per suam iracundiam praepararet. — **82** HAVD  
 STVLTE SAPI S non stulte, inquit, sapis, cum et ames et 20  
 potiri desideres et pecuniam dari, interea tamen nullum  
 periculum uelis sustinere. haec autem stultitia est, pro-  
 325 tinus uelle id quod non potest contingere. — **84** AVT  
 HAEC CVM ILLIS SVNT HABENDA AVT ILLA CVM HIS AMIT-  
 TENDA SVNT aut enim debet fructum et potiundi utilita- 25  
 tem cum periculo sustinere aut pariter et commoditas  
 326 amittenda est, si periculum deuitatur. — **85** HARVM DVA-  
 RVM NVNC VTRAM MALIS VIDE de duabus illis propositis

2 ILLO — quid *suppl. Lindenbr.* || 4 pendes *GP*, pedes *VS* |  
 oratio *Lindenbr.*: -tione (-tionem *G*, -tio est *B'*) *codd.* | hec  $\beta$  |  
 intercessione *Lindenbr.*: -io *codd.* || 5 quod] quo *GPVS*; qui  
*Lindenbr.* || 6 enim 2. *om. G* || 8 consilium illud *G* || 10 circuitus  
 in oratione *G* | idcirco <Clitipho> *Schopen* || 11 occipit *FB'*  
 (= *Ter.*) || 15 redi at (redit at  $\alpha$ , redeat *G*) enim *codd.*, *corr. W.* ||  
 16 enim reticere uero *PVS* | iniurius *Ter.* || 17 est *FB'* | unde  
 — possum *om. F* || 20 et cum *F*  $\alpha$  || 21 desideras  $\beta$  | tamen *W.*:  
 tu *codd.* || 22 haec *Goetz*: hoc *codd.* || 24 mittenda *PVS* (= *Ter.*  
*cod. A*) || 25 debet *Schopen*: -bent *codd.* || 27 omittenda (com- *G*)  
*codd.* || 28 uelis *G*



- condicionibus, <ut> aut periculum cum fructu capiat aut, si periculum fugiat, utilitatem pariter contemnat, ex his, inquit,
- 327 quamlibet condicionem eligat. — **86** ETSI HOC CONSILIVM QVOD CEPI RECTVM ESSE ET TVTVM SCIO incitare adolescentem cupit, ne frustra operam perdiderit, quod meretricem adduxit. ita ostendit tutum consilium esse, quod suscepit, ut apud patrem amica sit sine metu et
- 331 argentum quod promissum est inueniri possit. — **90** SI QVIDEM HOC FIT quam cito est motus adolescens, quando utrumque dixit esse praeparatum, ut et amica in domo patris sine metu sit et argentum ei quod debitum est
- 337 reddi possit. — **96** EXPERIVNDO SCIES ipsa actione expertus agnosces. — NIHIL SATIS FIRMVM VIDEO QVAMOBREM ACCIPERE HVNC MIHI EXPEDIAT METVM nullam rationem uideo firmitatis in consilio, unde debeam talem metum susci-
- 338 pere, ut apud patrem amica mea sit. — **97** MANE HABEO ALIVD SI ISTVC METVIS QVOD AMBO CONFITEAMINI SINE PERICVLO ESSE hoc irridenter dicit: uult enim obuius ire meretrici et dicere, ut domum reuertatur. aliter enim incitari adolescentis animus non potest, qui fastidiosus coepit esse per copiam, nisi id quod cupit subito denegetur. —
- 343 **102** TVNE QVOD BONI EST praecisa haec oratio ordinem habet talem: tune quod boni est fruare, dum licet. rursus
- 345/47 alia praecisa **104** NAM NESCIAS, cuius ordo est **106** EIVS
- 349 SIT POTESTAS POSTHAC <AN> NVMQVAM. — **108** CONCALVIT SIT
- 354 calore subito concitatus est. — **113** QVASI ISTIC MINOR MEA RES AGATVR QVAM TVA in hoc consilio maius mihi periculum propositum est quam tibi; nam si aliquid ad-

1 ut *add. Goetz.* || 2 fugerit... contemnet *G* || 3 eligit *PVS*, -ge *B'* | [ETSI] si *FP*<sup>1</sup>, scio *P<sup>2</sup>B'VS* || 5 opera *codd.*, *corr. Lindenbr.* || 7 suscepit *B'*, -cipit *rell.* | ut *om. G* || 8 <et> quod *Fα* || 10 dixit esse *G*, est (quod *add. F*) dixit *rell.* | ut *et*] et (*est F*, *om. B'*) ut *Fα* || 11 sit sine metu *G* || 13 ACCIPERE *om. PVS* || 16 meum amica *G* || 17 <et (set *P*)> quod *PVS* || 18 irridentes *PVS*, -dendo *B'*; -dens *Lindenbr.* | dixit *G* || 19 dicere <ei> *G* | enim *om. G* || 20 animus adolescentem *G* || 23 habet *B'*, -bens (*post talem*) *F*, *om. rell.*; *fort. tenet excidit* || 24 nescis *G* || 25 umquam *G* || 26 calorem *PVS*, ad cal- *B'* | istuc *F*, ista *PVS*

- uersi contigerit, tibi uerba sunt praeparata, mihi uero uerbera: unde hanc rem negligere omnino non possum. —
- 358 **117** SCILICET . . . IN EVM IAM RES REDII LOCVM VT SIT NECESSE intelligit Clinia, cum apud illum sit hospes, necessitatem sibi impositam, uti hoc quod ab eo petitur 5 negare non possit, uti assimulet amicam suam esse meretricem. —
- 364 **123** IN TEMPORE AD EAM VENI in occasione, ut (*Verg. Aen. IV 423*) 'sola uiri mollis aditus et tempora noras'. —
- 365 **124** NAM MISERVM QVENDAM OFFENDI MILITEM haec occasio est: ut ibi ei consensum commodaret, 10 haec fuit occasio, quod uolebat miserum militem de negatione sua in amorem amplius suscitare. —
- 370 **129** QVAM SIT
- 372 PERSPICAX quam sit suspiciosus. — **131** INVERSA VERBA quod semper adulescentuli faciunt, ut syllabarum ordinem mutant et sic intellectum conuersione confundant, ut in- 15 telligentibus potius loqui uideantur. —
- EVERSAS CERVICES
- 373 TVAS quod iactantia et superbia est. — **132** GEMITVS SCREATVS TVSSIS haec omnia adulescentuli faciunt, quotienscumque uidere aut uideri uolunt ab his, quos desiderant, ita sub quodam metu, ut, quasi dum aliud neces- 20 sitate conficiunt, sic impleant uoluntatem.

## 4.

- 381 **1** EDEPOL TE MEA ANTIPHILA LAVDO ET FORTVNATAM IVDICO haec scaena comparationem continet earum mulierum, quae amicae sunt ita, ut uni seruiant, et earum, quae plurimis sui corporis exhibent potestatem. et ne 25 uideantur meretrices iniustae esse, defensio est, in qua quasi

2 parata sunt uerba *G* || 3 redit *G* α || 6 non *om.* *G* α | ut *B'VS* | meretricem esse *G* || 8 ut <illud> *F* || 10 ut ibi ei *G*, ut ibi enim *FVS*, ubi enim *P* || 12 plus *G* || 15 confundat' *G*, -dent (-dere *S*) α || 16 loqui potius *G* | uideatur α || 17 superbia et iactantia *G*; iactantiae et superbiae *Schopen* || 18 tussis screatus *P<sup>2</sup>VS* || 23 tenet *G* || 24 et *om.* *G* || 25 potest autem *codd.*, *corr. Lindenbr.* || 26 uideatur *GV<sup>1</sup>* | meretricis *GPVS* | iniusta (esse *om.*) *G* | est *Lindenbr.*: ista (*om.* *G*) *codd.*

- quaedam forma controuersiae hic continetur: res enim fiunt meretricibus, quae iniustae sunt amatoribus suis, satis aduersae, dum plurimum petunt. quam rem purgans meretrix dicit se hoc, quod faciant, facere necessitate, ne cum aetas abierit et senectute extincta pulchritudo discesserit, inopia maneat, si non antea quaesierint uictum, quo possint sustentare desertam et miseram senectutem. — EDEPOL TE MEA ANTIPHILA LAVDO ET FORTVNATAM IVDICO uehementer te beatam felicemque iudico, cum id egisti, ut mores tui formae conuenirent. ut oportuit, iam defensionem suam uidetur meretrix exorsa, siquidem scit, quid oporteat fieri, et laudat eam, quae cum pulchritudine tenet morum integram castitatem. — **3** MINIMEQVE ITA ME DI BENE AMENT MIROR SI TE SIBI QVISQVE EXPETIT et non ualde miror, si, cum his moribus et hac sis pulchritudine, <semper> sit alius quis, qui te diligat et te sibi petat. — **4** NAM MIHI QVALE INGENIUM HABERES FUIT INDICIO ORATIO namque mores tuos mihi tuis sermonibus indicasti. — **5** ET CVM EGOMET NVNC MECVM IN ANIMO VITAM TVAM CONSIDERO hic iam praeparat accusationis defensionem, quae in se esse possit, dicitque merito huiusmodi mulieres, quae uni seruiunt, hoc est quae se separant a uulgo, sic recte bene facere, nec minus mirabile esse, quod meretrices malae sint. hoc enim dixit
- 383 7 ET VOS ESSE ISTIVS MODI ET NOS NON ESSE HAVT MIRABILE EST: uobis enim cum sit uoluntas cum uno uiro semper esse, debetis seruare bonitatem; nos autem bonas esse non sinunt hi, cum quibus rem habemus. nam propter pulchritudinem nos amatores nostri colunt, qui continuo mutant

1 hic controuersiae *codd.* || 2 meretricibus *W.*: -tricus (-ces *F*) *codd.* | aduersa *G* || 3 petant *P<sup>2</sup>V<sup>S</sup>* || 6 si non] nisi *P<sup>2</sup>V<sup>S</sup>* | quesierint  $\alpha$  | uictum] lucrum *S<sup>2</sup>* || 7 desertam] desidi-  
 diam *F*, deseriam *P<sup>1</sup>*, decrepitam *P<sup>2</sup>B<sup>1</sup>V<sup>S</sup>* | et] ac *PV<sup>S</sup>* || 9 be-  
 atam] fortunatam *G* || 10 tuae *B<sup>1</sup>V<sup>S</sup>* | deprehensionem *codd.*,  
*corr. Lindenbr.*; deprecatur *Schoell* || 15 semper *add. Schoell* ||  
 16 et<si> *B<sup>1</sup>V<sup>S</sup>* | expetat *G* || 19 praeparat *Schopen*: rep- *codd.* ||  
 20 possit esse *G* || 21 mulieris *G $\alpha$*  || 22 segregant se *G* | sic]  
 sit (sint *F*) post recte *P<sup>2</sup>B<sup>1</sup>V<sup>S</sup>*, post facere  $\beta$  *P<sup>1</sup>* | mirabile mi-  
 nus *G* || 23 sint *F*, sunt *rell.* || 28 colunt] uol- *F $\alpha$*

- uoluntatem, si fuerit forma mutata. ergo nisi prospectum  
 antea fuerit, desertae et cum inopia in senectute uiuimus.  
 uide sic purgatum quod male audire potuisset, non iniuste  
 393 malas esse meretrices. — **13** CUIVS MOS MAXIME EST CON-  
 SIMILIS VESTRVM his moribus se sociant uobis, qui habent 5  
 395 ipsi hunc morem et similem uoluntatem. — **15** VT NVM-  
 QVAM VLLA AMORI VESTRO INCIDERE POSSIT CALAMITAS ut  
 semper amor inter uos ualeat neque senectute aut ullo  
 396 morbo discidium possit existere. — **16** NESICIO QUIDEM  
 ALIAS ME SEMPER SCIO FECISSE SEDVLO VT EX ILLIUS COM- 10  
 MODO MEVM COMPAREM COMMODVM quid agam, uehementer  
 ignoro: illud certum est mihi numquam <me> meum com-  
 398 modum sine illius commodo comparasse. — **18** ERGO MEA  
 ANTIPHILA TV NVNC SOLA REDUCEM ME IN PATRIAM FACIS  
 adulescens uenientem amicam intuetur et secum loquitur, 15  
 quod eius amore factum sit, ut in patriam reuerteretur. —  
 399 **19** NAM DVM ABS TE ABSVM cum enim abs te discessi,  
 uniuersos labores leues arbitratus sum excepto hoc, quod  
 401 te carebam. — **21** HOCINE ME MISERVM NON LICERE MEO  
 MODO INGENIO FRUI si bonum ingenium, inquit, puellae 20  
 habere me non sinit pater, ita hoc ingenio bono amicae  
 me <meo> modo frui non licere uehementer ingemisco. —  
 402 **22** DIV ETIAM DVRAS DABIT diu etiam durus hic existet.

## III.

## 1.

- 410 **1** LVCESCIT HOC IAM CESSO PVLARE OSTIUM VICINI  
 notandum ex hac scaena, quod in nulla alia comoedia 25  
licet reperire, ut biduum tempus in comoedia sit: omnes

2 ante  $\alpha$  | uiuimus in senectute  $G$  || 3 iuste  $B'VS$  || 4 meretrices esse  $G$  || 8 inter uos amor  $FPVS$  || 9 alias me quidem  $F$  (= *Ter.*) || 12 me (*post meum*) *add. Lindenbr.* || 19 te] tui  $G$  || 20 si  $G$ , sibi *rell.* || 21 me  $G$ , mihi (*add. z PVS*)  $F\alpha$  || 22 meo (*pro me*) *Lindenbr.* || 23 etiam  $PS$ , autem *rell.* | hic  $F$ , huc *rell.*; adhuc *Westerh.* || 26 reperiri  $P^2B'VS$  | bidui *Schopen* (*recte? cf. infra*)

enim uno die actus suos explicant ex eo ipso, quod cuncta effici possunt, ut aut nuptiae celebrentur aut cognitio fiat expositi aut aliquid horum. at hic bidui rationem uersari intelligimus; ergo dixit 'lucescit hoc'. habet haec scaena allocutionem, in qua ostendit se properare, ut Menedemo nuntiet filium redisse, quamquam hoc nolit adulescens, cum  
 415 patris sui nesciat uoluntatem. — **6** CVM ILLI PERICLI NIHIL EX INDICIO SIET NON FACIAM ut celem tam insperatum gaudium, cum ipsi adulescenti nihil periculi sit ex eo quod indicatur. 10

420 **11** AVT EGO PROPECTO INGENIO EGREGIE AD MISERIAS NATVS SVM haec scaena persuasionem habet, quemadmodum pater filium suscipiat et falli se per seruos sinat neque tanta facilitate utatur, ut corruptis filius moribus uiuat, si semel facilitatem erga se patris agnouisset. tenebit ergo diuisiones, ut omnis deliberatiua, ab utili et ab honesto, simul et an fieri possit: quae omnia suo loco plenius explicabimus; nunc tantum ea, quae obscura sunt, dicemus.

427 **18** NVNTIVM ADPORTO TIBI CVIVS MAXIME TE FIERI PARTICIPEM CVPIS bene generaliter in nuntio uotum futurum esse promisit, ut animus cupidus probari possit, cum non aliud suspicatur quam quod in desiderio fuerat col-  
 429 locatum. deinde subiungit **20** NVM QVIDNAM DE GNATO MEO  
 430 AVDISTI CHREME. — **21** VALET ATQVE VIDIT temperauit primo nuntium, ut cresceret gaudium: nam primo 'ualet atque uiuit' inquit, quod utique diuersum esse manifestum est; nam ualemus, cum integra salute sumus, uiuimus, cum spiritum ducimus. — VBI NAM EST QVAESO parum credit gaudii, quod sibi salus filii nuntiatur. nunc de loco 30

1 quod *Schopen*: quo *codd.* || 4 haec habet *G*, habet *FV* || 6 nolit *Lindenbr.*: negligit *codd.*; nolle intelligit (adulescentem) *Schoell* || 9 cum *F*, non (nam *B'*) *rell.* | fit *B'* || 12 quomodo *G* || 13 suscipiat *F*, -peret *rell.* || 14 tantum *Fα* | utatur *F*, -mur *rell.* | ut *G*, ne *rell.* || 16 tenet *G* || 17 ab *om.* *GB'VS* | simul et an *W.*: similiter *codd.* || 18 explicamus *GP<sup>1</sup>* | ea *P*, eadem *rell.*

quaerit ipse, quippe qui eius absentiam dolere uideatur. —

431 **22** MEVS GNATVS cum iterum quod cupiebat senex audisset, tamquam parum credat, interrogationem repetit. denique percursis omnibus cum confirmationem nuntii audisset, perseuerat gaudio minus credere. denique adiecit 5

432/36 **23** DVC ME AD EVM OBSECO. — **27** NON TV EI DIXISTI VT ESSEM non tu ei indicasti, quemadmodum nunc essem. —

437 **28** QVIA PESSIME IN TE ATQVE ILLVM CONSVLIS hic iam incipit suasoria illa, quae animum patris componit, ut circa filium temperet lenitatem aut largitatem nimiam 10 aut parcitatem: 'utroque genere peccas, dum aut nimium largus es aut nimium parcus. ex hoc fit, ut in unum

443 malum ex diuersis moribus uenias'. — **34** PRIMVM OLIM QVAM PATERERE POTIVS FILIVM COMMEARE AD MVLIERCVLAM hoc tibi initium mali fuit, quod non filium permisisti ad 15 mulierculam commeare hanc primum, quae adhuc paulo uidebatur esse contenta, cui omnia grata esse potuerunt, quae filius faceret. at tu iniustitia tua adulescentem tuis sermonibus terruisti; exinde illa coacta necessitate <est.

446 et>enim hoc dixit **37** INGRATHS COEPIT VICTVM VVLGO 20

448 QVAERERE. — **39** NVNC CVM SINE MAGNO INTERTRIMENTO NON POTEST HABERI unde modo sine magno damno haberi non potest. intertrimenta autem sunt, quae intus terendo 25

449 damna perficiunt. — **40** QVIDVIS DARE CVPIS scio

450 enim: quodcumque desideras dare. — **41** QVAM EA NVNC 25 INSTRVCTA PVLCHRE AD PERNICIEM SIET uerum ut possis

1 queritur *codd.*, *corr. W.* | uidetur (*om. qui*) *G* || 2 iter  $\alpha$  || 3 repetit *G*, petit *rell.* || 4 percursis *G*, -cussis *rell.* | non firmationem *PVS* | nuntiasset audisse *codd.*, *corr. Lindenbr.* || 5 gaudio *G*, -ium *rell.* | denique] ideoque *S*<sup>2</sup> (*edd.*) || 10 aut] uel *Schopen* || 12 aut (ut *P*) <ante a>nimum (-ium *F*) *F* $\alpha$  | fit] sis (sit uel sis *PVS*) ante ex *GPVS* || 15 fuit mali *G* || 16 hac (hoc *F*) primum que  $\beta$ , hocrimumque *P*<sup>1</sup>, hoc crimen (est *add. B*) quod *P*<sup>2</sup>*BV*, // // // // // quod *S* | adhuc] huc *B'VS*<sup>1</sup>, tunc *S*<sup>2</sup> || 17 contentum *P*<sup>2</sup>*B'V* || 18 filius *Lindenbr.*: facilius *codd.* | tua <cum> *P*, cum *VS* || 19 terruisti sermonibus (*om. tuis*) *G* | est. etenim *W.* || 20 dixit hoc *G* | ingratiss *FB'*, *om. G* | uictum <sibi> *F* $\alpha$  | vvlgo *om. B'VS* || 23 sunt et 24 damna *om. G* || 25 desideras] uis *G*

- intelligere, quemadmodum nunc illa meretrix instructa sit aduersus filium tuum et ad quam perniciem adducta. —
- 452 **43** ONERATAS VESTE ATQVE AVRO parum dixerat 'ancillas decem', quae res tantum <in> numero collocata uidebatur; adiecit 'oneratas ueste atque auro', ut pudori sit ancillas 5  
tales ita uestitas leui cibo pascere aut certe seruili. —
- SATRAPES SI SIET AMATOR apud Babylonios satrapae appel-
- 457 lantur ditissimi et satellites regum. — **48** PYTISSANDO MODO MIHI QUID VINI ABSVMP SIT omitto cetera, ex quibus damna possis agnoscere: in una cena quae mihi conti- 10  
gerint, quantum uini absumpserit uide, dum pytissat! proprie autem pytissare dicitur quid gustare <et> quasi
- 458 cum quadam probatione expuere. denique adiecit **49** SIC HOC DICENS ASPERVM PATER HOC EST ALIVD LENIVS SODES
- 460 VIDE. — **51** RELEVI DOLIA OMNIA linire est contegere et 15  
operire; contrarium est 'releui', quod est aperui. — OMNES SERIAS OMNIS SOLLICITOS HABVI hoc est ebrios. significat enim 'sollicitos' in solo citatos, quod ebriis contingit, quibus non sunt firma uestigia, sed motu corporis citi
- 462 sunt. — **53** QVEM ASSIDVE EXEDENT quem cotidie come- 20  
463 dent uel certe frequenter. — **54** ITA ME DI AMABVNT VT ME TVARVM MISERITVM EST MENEDEME FORTVNARVM in meo damno magis misericordiam pro te passus sum et pro
- 464 fortunis tuis. — **55** FACIAT QVOD LIBET indulgentissimus pater et qui uehementissime filium desiderabat et diligebat, 25  
licet damna audisset, tamen omnia se dicit filio permittere uelle, dummodo ipsum habeat in potestate. — **57** SI TIBI EST CERTVM SIC FACERE hic iam persuadet, ut illud

2 adducta *G*, adiecta (obi- *F*) *rell.* || 4 decem ancillas *G* | in *add. Lindenbr.* | uidebatur numero tantum *G* || 5 pudori *F*, -ris *rell.* || 7 sit *GP*, sicut *VS* | babilonios *codd.* || 9 as-  
sumpsit *FBVS* || 10 cognoscere *G* (*recte?*) | contigerit *G*, -runt *rell.* || 12 et *add. Westerh.* || 15 <at> linire *G*, lenire *F*, breuire *PVS* | contigere *PVS*, -tingere *F*, obte (!) *G* | contra *F*, cūtrare *PVS* || 18 solo citatos *Lindenbr.*: sollicitatos *codd.* | contigit *GVS* || 21 <bene> ament *G* || 25 desiderabat filium *G* | et *FB*, *om. rell.* || 28 certum est *G*

quod supra dixi (t Menede) mus uelit adulescentis animo  
 ueluti nesciens dare, cum artibus serui inductus pecuniam  
 dat et luxuriam ministrat. denique ipsum consilium suum  
 470 quod sit proponit **61** FALLI TE SINAS *TECNIS* PER SER-  
 471 *VVLVM*. an fieri possit, adiungit **62** SVBSENSI ILLOS HOC 5  
 QVOQVE AGERE: ex eo enim, quod iam agunt et praepa-  
 474 rant, fieri potest. deinde ab utili adiungit **65** ET TIBI  
 PERDERE TALENTVM HOC PACTO SATIVS EST QVAM ILLO  
 MINAM melius est, ut (in)sciens plurimum perdas, quo-  
 tiens filius tollit, quam sciens minimum, cum ex hoc filius 10  
 quod licentiam agnouerit, iam eum libebit maiora com-  
 476 mittere. denique adiungit ab honesto **67** NON NVNC DE  
 PECVNIA AGITVR. ostendit honestum et utile declarauit.  
 denique perseuerat circa id ipsum, ut dicat 'cum enim  
 intellexerit animum tuum, te prius uitam tuam proditu- 15  
 rum et omnem pecuniam quam abs te filium dimittas,  
 uide quam fenestram ad turpitudinem, ad luxuriam nequi-  
 tiamque patefeceris', hoc est quantam ianuam dederis  
 486 peccato. — **77** TV REM PERIRE ET IPSVM NON POTERIS PATI  
 statim tu interire bona et filium uiuere luxuriose et malis 20  
 487 operibus non patieris. — **78** IBIT ILICO (AD) ILLVD sibi ueluti  
 remedium suscipiet, ut abiturum se esse minitetur, maxime  
 490 cum scit apud te se plurimum praeualere. — **81** VIDERE  
 VERVM ATQVE ITA VTI RES EST DICERE uidere mihi uerum  
 492 dicere et ita quemadmodum res est. — **83** DVM ID QVAERO 25  
 TIBI QVI FILIVM RESTITVEREM tota hac nocte somnium  
 oculis meis non cepi quaerens, quemadmodum filium red-

1 dixit Menedemus *W.* (*duce Schop.*) || 2 inductus *Goetz*: -tam  
*codd.* || 3 (ad) luxuriam *Lindenbr.* | ministrat *S.* -et *rell.* || 4 tegnis  
*G.* om. *F.* || 6 iam om. *G.* || 7 (non) potest *G.* | adiunxit *F* α ||  
 9 insciens *Lindenbr.* | (quam) quotiens (tot- *P.*) *codd. praeter B'* ||  
 10 tollat *G.* || 11 eum] cum *G.*; ei *Lindenbr.* | maiora *B'*; ma-  
 tura (naturā *G.*, imatura *F.*) *rell.* | commutare *G.* || 14 cum  
 enim] nam si semel *G.* || 15 (ille) tuum animum prius proditu-  
 rum te tuam uitam *G.* || 17 uide] hui *F.* | quam (quantam *post*  
 fen- *G.*) β *B'*, om. *rell.* || 21 operibus] moribus *F.* | non *F.*, om. *rell.* |  
 patieris *G.*, patis *PVS.*, poteris pati *FB'*; hic desinit *cod. B'* ||  
 22 suscipere *G.* | ut *F.*, et *G.*, om. α | minitatur *G.* || 23 ualere  
*G.* || 24 uidere — est om. *G.* || 26 filium qui *G.*



- 499 dam uicino, utrum nuntio solo an et consilio. — **90** VICINI NOSTRI HIC AMBIGVNT DE FINIBVS litem uicini de  
 500 limitibus habent. — **91** ME CEPERE ARBITRVVM me iudicem  
 503 sibi esse uoluerunt. — **94** ITANE COMPARATAM ESSE HOMINVM NATVRAM OMNIVM sensus hic est: satis miror, cur  
 prudentius sapit Chremes. an ita natura hominum comparata est, ut intentius uideant ea, quae aliena sunt, quam  
 quae sunt sua? an hoc ideo fit, quia, dum nos in re nostra sumus, aut gaudio impedimur aut aegritudine animum occupatum ad praeuidendas res adhibere non possumus? — **99** DISSOLVI ME OTIOSVS OPERAM VT TIBI DAREM cito reuertens ab eo, quo ierat, Chremes dicit se ex illo negotio solutum et amico operam traditurum.

## 2.

- 512 **1** HAC ILLAC CIRCVMCVRSA INVENIENDVM EST TAMEN ARGENTVM INTENDENDA EST IN SENEM FALLACIA seruus <sup>15</sup> <egreditur> argentum desiderans, quod dare meretrici possit. tamen hoc quod loquitur non uidetur domino praesenti esse suspectum: quoniam enim supra (*III 1, 61 sqq.*) dixerat seruum Syrum quasi in Menedemum dolos tendere, uti argentum meretrici per fallacias quaereretur, ideo <sup>20</sup> in senem generaliter dictum. denique hoc suspicatus Chremes,  
 514 quasi in Menedemum ista fiant, dixit **3** NVM ME FELLIT HOSCE ID STRVERE: fortasse ille Cliniae seruus tardus est, idcirco noster Syrus hanc prouinciam sumpsit, hoc est iussum officium suscepit, ut ipse quaerat argentum. — **7** TE DEMIROR CHREME TAM MANE QVI HERI TANTVM BIBERIS te ualde miror mane uigilare, qui heri tan-

*1* uicino *post* consilio *codd.*; *fort. dittoqr.* || *3* habent *ante* de *P<sup>2</sup>VS* || *5* est hic *G* || *6* comparata *ante* natura *G* || *7* intentius *G*, indyus *P*, inclytus *VS*, melius *F*; citius *Schopen* || *8* nostra re *G* || *10* ad praeuidendas *G*, adprehendas ad respuestas  $\alpha$ , ad respuestas *F* || *12* ierat] erat *F\alpha* || *14* INVENIENDVM — ARGENTVM *post* FALLACIA *G\alpha* | tamen est  $\beta$  || *16* egreditur *add. W.* | desiderat *F* || *19* seruum *Schopen*: -us *codd.* | in *om. FVS* || *22* quasi *Zeune*: quod si (si *om. F*) *codd.* | ita  $\alpha$  || *23* id <in>struere *codd.* *praeter F* || *26* miror *VS* | TAM *F*, *om. rel.* | te — *27* biberis *om. G*

- 519/21 tum biberis. — 8 NIHIL NIMIS NON multum. — 10 AQUI-  
 LAE SENECTVS aiunt aquilam in senectute, quod ei rostri  
 pars exterior uetustate et incremento curuata foramen in-  
 cludat, ad cadauera accedere et sic sanguinem in potum  
 sumere et quodammodo bibendo uiuere. hoc igitur ait 5  
 seruus domino, quasi bibendo totum tempus hesternam  
 523 egerit, 'uisa uero est quasi aquilae senectus'. — 12 ET  
 QUIDEM HERCULE FORMA LVCULENTA non solum commoda et  
 524 faceta est mulier, sed et speciosa forma. — 13 ITA NON  
 VT OLIM SED VTI NVNC SANE BONA hic intelligi datur, 10  
 quod senex sciat eandem ante fuisse castam, ante pauperem,  
 nunc uero meretricio more uiuentem. ideo adiecit seruus  
 'non quemadmodum antea bona, sed uti nunc, <si non> sibi  
 527 ipsa comparatur, sane bona'. — 16 AT QVASI IS NON DIVI-  
 TIIS ABVNDET <inuidens> ium ex more inopiam male meren- 15  
 529 tis adiecit 'quasi non diuitiis abundet'. — 18 QUID EGO  
 NESCIAM HOMINEM PISTRINO DIGNVM ut facilius seruum do-  
 minus incitare potuisset ad id, quod cupiebat, seruo adiu-  
 torem eum esse ad tendendam in Menedemum fallaciam  
 propter argentum, fingit se irasci seruo Cliniae: 'hominem?' 20  
 532 inquit 'pistrino dignum', cui iungitur 21 QVI PASSVS ID  
 FIERI. — QUID FACERET callide seruus, tamquam ignoret  
 quid fieri debuisset, a domino quaerit, ut maiorem suscipiat  
 uoluntatem fallendi, qui <fallere> dominum suum hunc  
 ipsum, cum ab eo fallaciae argumenta collegerit, cupiat. 25  
 537 denique sibi hoc praeparans hoc postea dixit 26 LAVDAS  
 QVI EROS FALLVNT. — IN LOCO EGO VERO LAVDO bene adiecit,  
 ne perpetuam male faciendi licentiam seruus daret, 'in loco'.  
 538 — 27 QVIPPE QVI MAGNARVM SAEPE ID REMEDIVM EST

1 NIMIS] minus *Fα* || 6 quasi] quod dici solet *G* || 9 est  
*om. F* || 11 castam fuisse *G* | antea 2. *G* | pauperem] *hic incipit*  
*cod. L* || 13 si non *add. Goetz.* || 14 compararet *L*, -paretur *F*,  
 -pararetur *α* | qui si *codd.*; quid si *infra* || 15 inuidentium *W.*:  
 cum *codd.* | merentis *W.*: mentis *FGα*, meritis *L* || 16 qui si *G* ||  
 19 ad tend-] attend- *codd.* || 20 clinia *Lα* || 22 seruum *Lα* ||  
 24 fallendi qui fallere *W.*: qui (*om. G*) fallendi *codd.* | suum  
*om. LF* | <atque> hunc *G* || 26 hoc *om. G* || 28 seruis *G*, -us  
*rell.* | daret <dixit> *codd.*

- AEGRITVDINVM namque falli in tempore maximum saepe  
 541 remedium est, ut grauior aegritudo uidetur. — **30** IOCON  
 AN SERIO ILLAEC DICAT NESICIO an consilio istaec dicat an  
 ioco an necessario, intelligere non possum: unum tantum-  
 modo intelligo, quod mihi ad hoc, quod disposui, cumulat 5  
 543 uoluntatem. — **32** ET NVNC QUID EXSPECTAT SYRE hic  
 iam, dum accusat adulescentis seruum, hortatur suum do-  
 546 minus, quo ipse hos dolos tendat. denique adiecit **35** AT  
 547 TE ADIVTARE OPORTET ADVLESCENTVLI CAUSA. — **36** FACILE  
 EQVIDEM FACERE POSSVM SI IVBES peritiam suam circa 10  
 huiusmodi rem declarauit seruus, sed dixit metuere domini  
 uoluntatem et posse se facile facere, si ipse uoluerit im-  
 548/50 perare. — **37** CALLEO peritus et doctus sum. — **39** AT  
 HEVS TV FACITO DVM EADEM HAEC MEMINERIS iam prae-  
 parat sibi dominum monetque, ut meminerit haec omnia, 15  
 si quando euenerint, sicuti humana sunt omnia, uti et filius  
 553 eius possit ista perficere. — **42** NON VSVS VENIET non hoc  
 554 continget neque fieri potest. — **43** NEQVE EO NVNC DICO  
 QVOD QVICQVAM ILLVM SENSERIM bene purgat id, quod  
 inmiserat suspicionis, ne uero iam credat adulescentem 20  
 filium pater talia uel cogitare uel facere, dixitque se  
 seruum ex suspitione ista metuere, quod eius aetas iam  
 talis esset, uti necessitas fuerit, ut Chremetem ita ducat  
 et tractet, quemadmodum nunc senex uidetur hortari. —  
 557 **46** DE ISTOC CVM VSVS VENERIT VIDEBIMVS si quid tale 25  
 contigerit, tunc uidebimus, quid necessitas coget facere. —  
 560 **49** NEC CVM MALE FACEREM nisi cum me senex adhortatur.

1 falli in W.: fallunt *codd.* || 2 ut] ut ne L; ne Lindenbr.,  
 qui etiam uideatur || 3 illa haec *codd.* | istaec P', ista haec P<sup>2</sup>VS,  
 ista e- L, ista F, id G || 5 disposui Lindenbr.: -it *codd.* | cu-  
 mulat om. L | uoluptatem βP || 7 suum L, seruum *rell.* || 11 se  
 dixit LGP<sup>1</sup> || 12 facile om. L, facere om. *rell.* || 14 si quando haec  
 omnia L || 20 suspiciones *codd.*, *corr.* W. || 21 facere uel cogitare  
 Gα | se om. FG || 23 esset G, om. LF | necesse G || 26 <et nunc  
 (ut nunc G)> contigerit (nunc contigerit post quid L) *codd.*;  
 varia lectio ad tunc? | quid L, quod *rell.* | coget LP, -it *rell.*

## 3.

- 562 **1** QUID ISTVC QVAESO AVT QVIS ISTIC MOS EST CLITIPHO haec scaena locum communem tenet in eum, qui hospitis sui amicam corrumpat: pater tamen non sic utitur tamquam communi, at ita respondet filius tamquam negans, ut magis coniecturae causa sit quam communis 5 locus. uerum patrem tamquam communem locum dicentem accipiamus et primo generaliter cum inuidia; deinde cum interrogatus esset, quidnam fecisset, ille continuo non
- 563 factum, sed uere factum protulit dicendo **2** VIDINE EGO, ut a probatione exordiretur et post hoc ostenderet 10 crimen, quod manum adulescens in sinum meretrici inserebat. — **3** ACTA HAEC RES EST PERII Syrus seruus credit senem inuenisse filium amare meretricem, quae res antea per dolum celabatur. ideo uehementer metuit. —
- 566 **5** NAM ISTAE QUIDEM CONTVMELIAE SVNT supra quidem 15 'iniuria' dixerat, uerum adiecit 'contumeliae sunt'. est enim iniuria, cum quasi uiolentia aliquid in corpus efficitur, contumelia uero, cum praeter uiolationem corporis est et uolatio opinionis. — **6** EIVS AMICAM SVBIGITARE hoc est crimen, quod supra posuit. 'subigitare' 20 autem ad perfectionem ipsam libidinis intelligimus. —
- 568 **7** VEL HERI IN VINO QVAM INMODESTVS FVISTI hoc ex antecedentibus argumentum colligens dixit. — **9** NOVI EGO AMANTIVM ANIMVM ADVERTVNT GRAVITER QVAE NON CENSEAS ita enim mos est amatoribus, ut ampliora suspicentur, quam 25
- 572 tu poteris suspicari. — **11** ESTO AT CERTE CONCEDAS HINC ALIQVO AB ORE EORVM ALIQVANTISPER hic mandat pater, ut discedat a domo filius: aliter enim negat fieri posse, ut impudentia adulescentis comprimi possit. dicit etenim

7 et L, hoc *rell*; ac? || 9 Audine L $\alpha$  || 10 hoc *om.*  $\alpha$  || 15 istaec quidem contumelia est G || 16 iniuriam dixit G | contumelia est FGPV<sup>2</sup> | est enim Lindenbr.: etenim *codd.* || 17 cum quasi *Westerh.*: quasi (quosi L $\alpha$ , si G) cum *codd.* || 18 uolationū L $\alpha$  || 20 posuit] possint L $\alpha$  || 21 ad *om.* V || 25 item VS | ut F, *om. rell.* || 26 tua  $\alpha$  | HINC *om.* FG || 28 posse fieri G, posse F

- multa libidinem uelle eamque sub cuiuscumque praesentia se minus audere complere. — **13** EGO DE ME FACIO CONIECTVRAM hoc ita esse ex me suspicor; nam nemo est ex amicis, apud quem uniuersa uelim exponere atque narrare ea, quae occulta habeo: quippe aut in summa honestate amicus <est> et id, quodcumque cogito, eius dignitate deterreor ne indicem, aut ipsa certe res propter sui turpitudinem eam narrationem comprimit. hoc est, quod
- 576 dicit **15** APVT <ALIVM> IPSIVS FACTI PVDET NE INEPTVS NE PROTERVVS VIDEAR 'ineptus' si ipsius facti pudet, 'proteruus' si cum eo loquar, qui habet maximam dignitatem.
- 580 — **19** HOMINIS FRVGI ET TEMPERANTIS FVNCTVS OFFICIVM ergo functus <es> officium frugi hominis et temperantis. —
- 584 **23** VIN TV HOMINI STVLTQ AVSCVLTARE MIHI quemadmodum in prouerbio est 'mihī si uis stulto homini auscultare, licet', hoc est obaudire. — **29** AT TV TIBI ISTAS POSTHAC COMPRESSITO MANVS quoniam pater dixerat (v. 2) 'uidi ego te manus modo meretrici huic in sinum inserere', ideo
- 591 seruus ait 'istas ergo tibi compressito manus'. — **30** CEN- SEN VERO QVID ILLVM PORRO CREDIS FACTVRVM CHREME 20 subblanditur domino per obsequium seruus, cum de adulescente quasi quendam metum habere se dicit: 'uide iam' inquit 'qualis sit: qualem futurum putas, nisi eum, quantum facultatis tibi numina concedunt, seruas, mones atque
- 593 castigas?' — **32** ATQVI NVNC TIBI ERE ADSERVANDVS EST 25 bene praesens tempus in metu ponit, ut ille sciat iam
- 594 filium nescio quid moliri. — **33** NAM MIHI MINVS MINVSQVE OBTEMPERAT et hoc pulchre uidetur adiectum, quo, si qua in culpa inuentus fuerit filius, continuo iam uideatur seruus esse purgatus, quod eius imperium filius contemnat. —

1 cuiusque *Lindenbr.* || 3 esse *G*, est *rell.* || 4 ex *F*, *om. rell.* | amicorum *G* | uellē uniuersa *G* || 6 est *add. W.* || 7 certa *FGPS* || 9 *APVT* aut *codd.* | *PVDET*] piget *F*, principium *rell.* || 12 officio *GP<sup>1</sup>V<sup>1</sup>* || 13 officium <es> *G* || 16 post has *Lα* || 21 per obliquum *G* || 23 nisi eum *F*, si eum sibi *rell.* || 24 tibi facultatis *FGα* || 25 atque *L* || 28 qua *Lindenbr.*: quid (quod *G*) *codd.* || 29 iam *om. L*

- 598 **37** VERVM ALIVD EX ALIO INCIDIT hoc uidetur obscurum quidnam sit, sed ex his quae consecuntur manifestum fiet: nam interrogatus a domino quid esset, respondit
- 599 **38** PESSIMA HAEC EST MERETRIX. ita quod hic 'pessima est' de meretrice pronuntiatum est, supra (*III 2, 10*) contrarium dictum 'commoda et faceta haec est meretrix'. ergo iure dictum 'aliud ex alio incidit'. — IMMO SI SCIAS uidit dominum seruus quasi consensum commodasse, non
- 600 quo uerum iudicium de meretrice <sit>: ideo adiecit **39** VIDE QVOD INCEPTET FACINVS. — FVIT QVAEDAM ANVS CORINTHIA hoc consilium dicit se seruus aduersus Menedemum sumpsisse, quo possit pecuniam ab eo exprimere, quae meretrici daretur. uerum hoc consilium in hoc prouenit, quod prosit uehementer Clitiphoni: namque fingit nunc Antiphilam, quae amica sit Cliniae, apud meretricem a quadam anu Corinthia arrabonis nomine collocatam, et nunc uelle ad Menedemum pergere, ut ab eo *illam* pecuniam accipiat, quae data sit pro puella, ut, si eandem redimeret, maxima inde luca possit accipere. sed hoc displicet domino consilium, uerum prouenit ad euentum futurum; nam cum cognita fuerit, quod filia sit Chremetis, iam fiet necessarium, ut meretrici hoc <a> sene Chremete debeatur
- 603 argentum. — **42** ARRABONI pignori scilicet.

## IV.

## 1.

- 614 **1** NISI ME ANIMVS FALLIT HIC PROPECTO ANVLVS QVEM VSPICOR IS QVICVM EXPOSITA EST GNATA haec scaena tenet 25

4 ita — 6 meretrix *om.* *L* | pessima est *W.*: -me *codd.* ||  
 5 dictum contrariū <est> *G* || 9 sit *add. W.*; est (*ante de*) *G* ||  
 10 quidem inceptat  $\alpha$  || 12 quos *L\alpha* || 13 in hoc *om. G* || 15 ad  
 (at *L*) quandam anum corinthia (-am *F*) *codd.* || 18 <acciperet  
 uel> accipiat *L* || 20 euentum *F*, adu- *rell.* || 21 cognitum  
*Schopen*, at *cf. p. 190, 15* || 22 uti *F'G\alpha* | a sene *W.*: sine *codd.* ||  
 23 pignori scilicet *W.*: pignoris *codd.* || 25 gnata <nisi me ani-  
 mus fallit> *L\alpha*

- maximam controuersiam: quippe maritus, dum grauidam uideret uxorem, mandauit, ut, puellam si peperisset, extingueret. mater puellam peperit et exposuit eique, cum exponeretur, anulum dedit. inuentus est apud quandam puellam anulus. interrogata unde sit illa respondit ipsum 5 esse, cum quo esset exposita. hoc cum cognouisset senex, agnita puella, quam extingui iusserat, ream facit uxorem, quod aduersus edictum suum fecisset. hic primo uenialis est status 'feci, sed pietate feci'. ergo primo inter se locuntur, an ipse anulus sit, cum quo exposita sit filia. — 10
- 617 **4** AT VT SATIS CONTEMPLATA SIS MODO MEA NVTRIX sed ut satis integre pleneque perspexeris, nutrix mea. —
- 621 **8** MAGNO CVM CONATV MAGNAS NVGAS DIXERIT magno cum 622 impetu <mini>ma quaeque pronuntiat. — **9** EHEM MI VIR hinc exordium sumptum, quod <ab> obsequio coepit, ut benivolentiam comparare possit. deinde adiectum, quod purgationis loco ponitur, quae res ad ueniam pertinet, quod 623 tamen adhuc principium sit **10** PRIMVM HOC TE ORO NE QUID CREDAS ME ADVERSVS EDICTVM TVVM. deinde sic 625 adiunctum ex persona serui **12** NESCIQ QUID PECCATI PORTAT HAEC PVRGATIO. finit principium, narratio supponitur 626 **13** MEMINISTIN ME ESSE GRAVIDAM ET MIHI MAGNOPERE DICERE SI PVELLAM PAREREM NOLLE TOLLI et reliqua. —
- 628 **15** DOMINA EGO ERVS DAMNO AVCTVS EST noue positum 629 'auctus damno', quod ei coheres puella uenerit. — **16** EI 25 DEDI EXPONENDAM quia supra (v. 15) dixerat senex 'sustulisti', ideo id dixit 'exponendam dedi', quo minus uideatur esse delictum. hic iam incitatus est uehementer senex, quod exposita esset puella et exposita aduersus edictum. ita cum impetum generalis accusationis sumpsisset, statim 30

5 interrogata *W.*: -tū *Lα*, -tus *G*, -t *F* || 7 agnitā puellā *LFα* || 14 minima *Schoell.*: una *codd.* || 15 quo *L* | ab *add.* *Lindenbr.* || 18 sit *F*, se *Lα*, est *G* || 20 adiunctur<sup>9</sup> *L*, -tū ē *G* || 22 MIHI] nihil *α* | maximo opere *Ter.* || 23 noli tollere *L* || 24 dominus *Lα* | ergo *codd. praeter LP<sup>1</sup>* | era *P<sup>2</sup>* | damno *ante* ego *codd. praeter F* (*olim sscr. fuisse uidetur*) || 26 dedit *Lα* || 27 id duxit *P<sup>1</sup>*, induxit *F* || 28 uehementer est *Gα* || 29 puella esset *FGα* || 30 impetum] iam principium *Schopen*

- illa ad quaestionem descendit et statum apertissime collo-  
 631 cauit ueniam, cum dixit **18** SI PECCAVI MI CHREME IN-  
 632 SCIENS FECI. deinde supponitur plenior accusatio **19** ID  
 QUIDEM EGO ETSI TV NEGES CERTVM SCIO TE INPRVDENTEM  
 DICERE AC FACERE OMNIA. deinde post principium accusa- 5  
 tionis subiunguntur omnia crimina, quae a summo ad  
 634 imum dicuntur **21** TOT PECCATA IN HAC RE OSTENDIS NAM  
 IAM PRIMVM SI MEVM IMPERIVM EXSEQVI VOLVISTES INTER-  
 EMPTAM OPORTVIT NON SIMVLARE MORTEM VERBIS RE IPSA SPEM  
 VITAE DARE. et proponit sibi quasi quandam quaestionem 10  
 mulier, quae contra imperium mariti fecisset, et dicit se hoc  
 638 fecisse pietate et materno animo.\* huic respondetur **25** QVAM  
 VERO BENE ABS TE PROSPECTVM EST QVID VOLVISTI COGITA  
 NEMPE ANVI ILLI ABS TE FILIA PRODITA EST PLANISSIME VEL VTI  
 PER TE QVAESTVM FACERET VEL VTI VENIRET PALAM\*. deinde 15  
 epilogorum loco adiunctum est, quantum incommodi con-  
 secutum sit. — **29** QVID CVM ILLIS AGAS QVI NEQVE IVS  
 NEQVE BONVM AVT AEQVVM SCIUNT MELIVS PEIVS PROSIT OBSIT  
 NIHIL VIDENT NISI QVOD LIBET 'quid cum illis agas' sensus  
 hic obscuritatem habet; est autem talis: 'exposita tibi est 20  
 filia suscepta ab ea, quae pudorem filiae tuae uenderet,  
 sed tu *id* cogitasti, *quodcumque* satis esset, dummodo ui-  
 ueret: ego nunc cogor eam suscipere, sed defendere eius  
 pudorem non possum. quid agam cum illis, qui neque ius  
 neque bonum aut aequum sciunt?' sibi dicit uiolata filia 25  
 644 nullam esse posse uindictam. — **31** CHREME PECCAVI FA-  
 TEOR hic iam deprecanti sua uenia supponitur, cum dicit  
 636 α\*[12] **23** SPEM VITAE DARE scilicet non oportuit simulare re ipsa,  
 sed uerbis.  
 \*[15] Anus tertiae et quartae declinationis protulit, cum hodie  
 sit solummodo quartae, nisi aliud significet.

2 ueniam *om. L* || 6 omnia *ante* 5 post *L* || 7 dicuntur  
 hic desinit *cod. P* || 11 dicis te *LG* | fecisse hoc α || 13 ABS] a  
*LG* || 15 deinde *W.*: de unde *L*, id unde *G*, unde *rell.* || 16 est]  
 ergo *L*, est ergo *G* || 20 qui talis est (*om. autem*) α | est tibi *G*,  
 tibi est (*post filia*) *F* || 22 sed <et> α | esset *G*, esse *rell.* || 24 cum  
 illis agam *G* α || 26 posse esse *L* || 27 deprecantis (*om. sua*) α



- OBSECO QVANTVS TVVS EST ANIMVS NATV GRAVIOR IGNO-  
SCENTIOR VT MEAE STVLITIAE IN IVSTITIA TVA SIT ALIQVID  
PRAESIDIH quod tuus enim animus maior est aetate et  
pietate clementiae, stultitiae meae debet in tua iustitia  
647 esse praesidium\*. — **34** SCILICET EQVIDEM ISTVC FACTVM 5  
IGNOSCAM hanc quidem ueniam tibi dabo, uerum mea clemen-  
648 tia multum ad peccata compelleris. — **35** SED ISTVC QVID-  
QVID EST QVA HOC OCCCEPTVM EST CAUSA LOQVERE per-  
empta controuersia ad originem res ducitur: 'quemadmodum  
omnes miserae,\* stultae et religiosae sumus, cum dedissem 10  
puellam exponendam, anulum de digito mihi detraho, et eum,  
ut una cum puella exponeret, dedi, si esset mortua, ne  
659 aliena a nostris bonis esse potuisset'. — **46** INTERII PLUS SPEI  
VIDEO QVAM VOLO hoc seruus cum gemitu dicit, siquidem  
fieri potest, ut cognoscatur haec Antiphila, quod filia 15  
mini sit. quo facto uehementer metuit, ne incipiat Clinia  
amicam suam confiteri et cognoscat pater, quod meretrix  
amica Clitiphonis sit. denique ideo dicit, cum nomen  
dictum esset eius, cui data esset puella, ut exponeret  
663/66 **50** MIRVM NE ILLA SALVA EST ET EGO PERIL. — **53** NON 20  
LICET HOMINEM ESSE SAEPE ITA VT VVLT SI RES NON SINIT  
non licet nobis gerere perpetuam uoluntatem, maxime cum  
res non permittat: ita mutemus ex tempore uoluntatem.

$\alpha^*$  [5] id est aliquid defensionis et (om. V) auxilii.

\* [10] in hac professione facta a generali ad speciale argu-  
mento (Lindenbr.: -tū codd.) extinxit uim indignationis  
651 **38** CVM PVELLA EXPONERET (-s. add. codd.) SI MORERETVR.  
et subiungit causam NE EXPERS ESSET: neque enim libe-  
ros etiam mortuos fas erat fraudari bonis.

3 enim tuus G | aetate ante maior FG $\alpha$  || 5 istuc LG<sup>1</sup>,  
-d rell. || 8 acceptum L, inc- G, c- rell. || 11 et eum om. F ||  
12 exponeretur F | dedi] dico (ante ut) G, om. F || 15 quod  
(quo LG — sit] esse filia domini mei  $\alpha$  || 20 NE] ni F $\alpha$  || 22 per-  
petuam gerere  $\alpha$  || 23 mutemus L, mutamus rell. | ex] cum  $\alpha$

## 2.

- 668 **1** NISI ME ANIMVS FALLIT seruus hic uehementer aestuat, quod animaduertit fieri posse, ut puella cognoscatur. *ideo secum loquitur* et ingemiscit, quod sibi iam multum infortunium affuturum sit. — HAVT MVLTVM hoc  
 669 est non longe. — **2** ITA HAC RE IN ANGVSTVM OPPIDO **5**  
 MEAE NVNC COGVNTVR COPIAE translatio facta est ab illo,  
 cum periclitatur exercitus in angustum coactus.\* significat  
 670 autem 'oppido' ualde. — **3** NISI ALIQVID <VIDEO nisi ali-  
 672 quid> prospicio. — **5** TRIVMPHO SCILICET ME LATERE TECTO  
 ABSCEDERE summum gaudium est, si tutatus sine uulnere **10**  
 discedam, hoc est latere tecto et custodito. non ergo de  
 argento cogitare debeo quemadmodum eripiam, sed quem-  
 673 admodum tutus ipse discedam. — **6** BOLVM TANTVM\*  
 674 praedam. — **7** AVT QVID COMMINSAR quid argumenti re-  
 676 periam.\* — **9** QVID SI HOC NVNC INCIPIAM cogitantis **15**  
 animo, quasi dum multa quaerit, inuenit quaedam, non  
 placita repudiat. post id quod sit optimum inuenisse dicit,  
 ut ad se illud argentum reuocare possit, quod omiserat.

## 3.

- 679 **1** NVLLA MIHI RES POSTHAC POTEST IAM INTERVENIRE  
 TANTA QVAE MIHI AEGRITVDINEM AFFERAT allocutio est Cliniae **20**

$\alpha$ \* [7] cum enim in periculo est exercitus, in unum se colligit.  
 \* [13] per figuram <antithesin (add. W., cf. Don. GL IV 397, 1; lac. in V)> pro dolum.  
 \* [15] et est comminiscor inuenio uel recordor. sic reminiscor, cuius simplex in usu non est.

**3** ingemit  $\alpha$  || **4** haut (non  $\alpha$ ) multum et non longe inter se commutata sunt in LG  $\alpha$  | id est F  $\alpha$  || **5** ita <hercle> G | in hac re LG || **8** oppido autem significat  $\alpha$  | VIDEO — aliquid add. W. || **9** SCILICET | si licet  $\alpha$  (sic Ter. codd. praeter AE) || **10** tutus  $\alpha$  || **11** discedat  $\beta$  | tecto <id est> custodito latere (om. et)  $\alpha$  || **12** <argentum> eripiam  $\alpha$  || **14** <id est> praedam  $\alpha$ , pro dolo G, cf.  $\alpha$  interpol. | reperiam Goetz: respondeam  $\beta$ , capiam  $\alpha$  || **16** <deliberando> quaerit  $\alpha$  || **17** id (&e)  $\beta$  | inuenisse <se>  $\alpha$  || **18** argumentum  $\alpha$  || **19** res mihi  $\alpha$

- exultantis gaudio, quod sua amica sit cognita. *ita dicit mentem suam oneratam gaudio, ut nulla res possit inter-*  
 681 *cedere, quae afferat aegritudinem.\* — 3 DEDO NVNC ME PATRI VT FRUGALIOR SIM QVAM VVLT ut frugalitatem\*, quam in me uoluit, compleam, dedo me patri, quippe cum uelit 5*  
 686 *eam me habere uxorem, quae sit honestis moribus, et nunc ea sit mihi amica, quae filia sit Chremetis. — 8 VT EGO NVNC NON TAM MEAPTE CAUSA LAETOR QVAM ILLIVS hoc gaudii quod nunc teneo non mea causa, sed potius ipsius puellae*  
 688 *quam diligo. — 10 SED NVNC CLINIA AGE DA TE MIHI VICISSIM quemadmodum nunc ego uerba tua audiui, nunc et uicissim te mihi da, uti quod necessarium est facias, ne resciscat pater amicam filii sui esse meretricem. — 12 O IVP- PITER\* omissis uocibus serui secum Clinia gaudet: parum credit hoc sibi contigisse, quod efficitur in gaudio, cum 15*  
 693 *repentino aliquid procreatur. — 15 DEORVM VITAM APTI SVMVS\* ita et in Andria (V 5, 3—4) 'deorum uitam propterea esse sempiternam arbitror, quod uoluptates eorum*  
 694 *propriae sunt'. 'apti' autem significat adepti. — 16 VIDENTVM EST INQVAM persuadet seruus Cliniae, uti secum 20*  
 699 *ducat meretricem ad domum patris, ne, si remanserit in domo, facile senex filii amicam possit agnoscere. — 21 AT ENIM ISTOC NIHIL EST MAGIS MEIS NVPTIIS ADVERSVM sed haec res mihi uehementer uidetur esse contraria, si uxorem*

$\alpha$ \* [3] aegritudinem dixit pro aegrimonia, id est tristitia uel infirmitate.

\* [4] id est parcitatem

\* [14] per pro(s)phonesin

\* [17] per icon (yc- *codd.*; -na?) uel parabole (-len?), quae sunt species homoeosis (om- *codd.*), se quasi deum esse assertit.

3 patri me  $\alpha$  || 4 VT — VVLT *om. LF* | uti  $\alpha$  || 5 in me <esse>? | uelit] uoluit  $\beta$  || 7 <scilicet> filiam  $\alpha$  || 8 NVNC *om. LG* || 9 <unde> non mea causa <laetor>  $\alpha$  || 11 <id est> quemadmodum ego nunc  $\alpha$  | nunc et] ita  $\alpha$  || 15 credis *LF* | cum (*om. L*) repentino  $\beta$ , repentino nisi  $\alpha$  || 16 adepti  $\beta$ , *sed cf. finem scholii* || 17 ita et] ut  $\alpha$  || 19 autem *om. V* || 24 uehementer post uidetur *V, ante mihi S*

- ducere uoluerō; nam quomodo rogabo patrem, ut mihi filiam det, si sciat me amicam habere meretricem? —*
- 701 **23** QVIN NOLO MENTIARE hoc eo consilio dicit seruus, uti *non mentiatur, sed* continuo dicat illam amicam suam esse, quae est filia eius, ut eam uxorem uellet esse, hanc amicam Clitiphonis. sic enim postea persuasurus est domino seruus tale se repperisse consilium, uti a Menedemo filius petat pecuniam, quo quasi dicat se uelle filiam Chremetis uxorem ducere, uti ad nuptias habeat necessaria, et hoc credat senex propterea adulescentulum petere, quo per 10 fallaciam dari possit, ita ut, cum utrumque dixerit adu-
- 705 lescens, per fallaciam dicere crederetur. — **27** *ET SCILICET IAM ME HOC VOLES PATREM EXORARE VT CELET SENEM NOSTRVM nesciens adulescens hoc consilium, quare hoc seruus dicat,* adiecit 'et fortasse hoc uelis, ut celet patrem 15 Clitiphonis senex noster, quod ipsius amica sit meretrix'. —
- 709 **31** HVIC EQVIDEM CONSILIO PALMAM DO *in hoc consilio maximam uictoriam et gloriam mihi concedo, ut uerum dicendo ambos fallam, secundum hoc quod supra diximus, ut non credat senex noster amicam filii sui esse meretri-* 20
- 713 *cem, etiamsi esse audierit.\* —* **35** AT ENIM SPEM ISTOC PACTO *RVRSVS NVPTIARVM OMNEM MIHI ERIPIS* si enim crediderit senex amicam filii sui esse meretricem, incipiet
- 716 *filiam suam mihi dare nolle. —* **38** QUID MALVM ME AETATEM CENSES VELLE ADSIMVLARIER *quid tu semper me credis* 25 hoc uelle simulare? 'malum' autem interiectum nihil signi-

α\*[21] quod fit per figuram diasymos (-sirmos *codd.*), quae est eleuatio, quando auditorem uera dicendo in errorem inducit.

3 eo *Goetz:* ex (*om. G*) *codd.* || 4 amicam — uellet] filiam Chremetis se uxorem uelle et α || 6 postea *post* est α || 9 <non> necessaria β || 11 ut *om. L* | — que *om. β* || 12 credatur α || 13 ME] ne *L*, neq̄ *G* | VOLES] uelis *G* (*lac. in L*) || 16 noster senex α || 17 do <id est> α || 18 uero β || 19 ambo fallam *L, om. α* | hic *LG* || 23 incipiet *om. α* || 24 dare nolle] non dabit α || AETATEM] tandem *FG* || 25 uelle *adsimulariet G, om. F* | quid *W.*: quia *codd.* | me *post hoc α* || 26 <me (*om. FG*) hoc> malum β

- ficat, sed exclamationis continet locum, quomodo Cicero  
 719 pro Scauro (20) 'quae, malum, est ista ratio?' — 41 QVI  
 AIVNT QVID SI NVNC CAELVM RVAT stultus metus est dis  
 caelestibus metuere. ita ergo stulte id in metu et tu ponis,  
 720 quod fieri omnino non potest\*. — 42 QVASI EA POTESTAS 5  
 NON SIT TVA pulchre persuadet, ut faciat hoc quod mo-  
 netur, cum dicat in potestate eius futurum, quo velit  
 tempore ut se exoluat.

$\alpha^*$  [5] ut sit argumentum ab impossibili

## 4.

- 723/26 1 SATIS POL PROTERVE satis aspere. — 4 AVT CVM  
 VENTVRAM DIXERO ET CONSTITVERO immo potius, cum dixerō 10  
 me esse uenturam et constituero, tum magis, cum pronun-  
 tiauerit Clitipho et spe pendebit, decipiam et non ueniam,  
 729 tum mihi Syrus poenas reddet tergo suo.\* — 7 SATIS SCITE  
 PROMITTIT TIBI ualde eleganter promissa tibi dabit, quod  
 730 utique per ironiam intelligitur. — 8 DORMIUNT EGO POL 15  
 ISTOS COMMOVEBO uult excitare eos, qui sibi pecuniam pro-  
 miserunt nec dederunt, uti fingat se euocatam esse a ne-  
 scio quo et uelle discedere. itaque consentiente ancilla fingit  
 mendacium, quod nescio quam uillam demonstrauerit cuius  
 733 dam amatoris. — 11 CVRRICVLO PERCVRRE\* festina et 20  
 735 propera. — 13 VERBA ME HIS DATVRAM ESSE hoc est: me

728  $\alpha^*$  [13] 6 TERGO SVO id est dorso, siquidem tergum tergi dor-  
 sum, tergus uero tergoris corium dicitur (ex Serv. ad  
 Aen. I 211).

\*[20] 'curriculo' dixit a curru, uel a cursu.

2 pro Scauro post ratio  $\beta$  || 3 dis] de  $\alpha$  || 6 non om. L |  
 <et> pulchre  $\alpha$  || 7 dum dicit G || 9 satis] id est  $\alpha$  | CVM om.  
 LG || 12 pendebit <animi> F || 13 tum L, cum FG || 14 <id  
 est> ualde  $\alpha$  | quod — intelligitur W.: p utriusque per ydoneā  
 (. . . . L) intelligitur LG, om. F || 17 a] aut FG || 18 et uelle]  
 uellet LG, uelut F | ita  $\beta$  (recte?) || 19 quam W.: qua G, quid  
 L, qui F || 21 <id est> propera et festina  $\alpha$  | me — decipiam]  
 et se dicit his uerba dare id est decipere  $\alpha$

- 737 dicturum aliquid, unde decipiam. — **15** QVIN EST PARATVM ARGENTVM intellexit seruus callidus, quod idcirco Bacchis se ire diceret, quod argentum quaereret — et hac ratione pollicetur QVIN EGO HIC MANEO, quo *et* argentum dari possit et nihilominus illud fieri, quod dispositum est —: 5
- 738 itaque et de tempore adiecit **16** ATQVI IAM DABITVR. —
- 739 **17** ET TVA POMPA\* EO TRADVCENDA EST hoc est ancillae
- 740 decem et ceteri comites, qui uenerunt. — **18** EGONE ARGENTVM CVDO QVOD TIBI DEM quaeris, quod te ad Cliniam transire nolo? argentum produco, quod tibi dem.\* — 10
- 741 **19** DIGNAM ME PVTAS QVAM INLV DAS per accusatiuum casum hic dictum est. *et* Virgilius (*Aen. II 64*) 'certantque illudere capto' per datiuum; item ipse (*Aen. IX 634*) 'i, 746 uerbis uirtutem illude superbis'. — **24** SPERABIT SVMP TVM SIBI SENEX LEVATVM ESSE HARVNC ABITV cum discesserit 15 tanta haec ancillarum multitudo, dominus credet disces- sione tantarum mulierum sibi sumptum\* esse eleuatum, sed nesciet ex ea re damnum ad se esse uenturum, dum
- 748 hac re maxime ab eo extorquebitur argentum. — **26** TV NESCSIS ID QVOD SCIS ne indicaueris, inquit, quod scis, et id 20 age, ut nescisse uidearis.\*

$\alpha^*$  [7] id est nobilis comitatus.

\* [10] cudo enim est et compono uel tundo, unde incus, ubi tunditur ferrum.

\* [17] id est expensam.

\* [21] et ille per hyperbolen (yp- *codd.*) MVTVM ME DICES.

2 quod <enim> LF; quod nimirum Goetz | acchis L, ab his  $\alpha$  || 3 quod (quo?) — pollicetur (*sc.* Bacchis) quod decepta fuerat pro argento, quod ei pollicetur  $\alpha$  | quereretur G || 4 quo] quod  $\beta$  | et ante quod G, om. L || 7 hoc est] scilicet  $\alpha$  || 8 ue- nerint L || 9 dem <quid agam> FG | quod] cur  $\alpha$  || 10 <cudo id est> produco  $\alpha$ ; procudo Goetz, fort. recte || 13 i] his *codd.* || 14superbam  $\alpha$  || 16 domino LF (recte?) || 17 tantarum mulierum] earum  $\alpha$  | alleuatum sumptum  $\alpha$  || 18 dum — argentum om. FG

## 5.

- 749 **1** ITA ME DI BENE AMABVNT VT NVNC MENEDEMI VICEM MISERET ME discedentibus ancillis senex ingemiscit, quod tanta ad Menedemum multitudo uentura sit, quam et ipse cum una die sustinuerit, magno se dixit affectum damno. —
- 751 **3** ILLAM MVLIEREM ALERE CVM ILLA FAMILIA nam et domina\* multum uini absomit et multitudo ancillarum\* non 5
- 753 parum uidetur consumpsisse. — **5** ITA MAGNO DESIDERIO FVIT EI FILIVS tantum desiderium filii absentis pater habuit, ut primis diebus tanta a meretrice damna non sentiat. sed cum cotidie uiderit tantos sumptus fieri neque ullum fieri 10 modum, 'optabit rursus ut ab se abeat filius'. † et quoniam animum senis nouit bene dixit 'efficiat, consumat, perdat, dummodo illum habeam mecum' (cf. III 1, 55—57) ita cum animus excludere cupiens et metuens absentiam filii <in> incerto positus <sit>, solum optabit, ut abeat filius. — 15
- 759 **11** VIDERE EGISSE IAM NESCIQ VQD CVM SENE de illo, quod tecum locutus sum, uidere aliquid egisse cum sene.\* —
- 760 **12** DICTVM AC FACTVM REDDIDI hoc est: cum dixisset,
- 762 factum continuo reddidi. — **14** QVIN TIBI CAPVT DEMVLCEAM quod solet fieri his, qui placent, ut manu per ca- 30 put traducta quasi quaedam uideatur esse laudatio. —

α\* [6] 'pytissando' id est leuiter gustando et spuendo (cf. III 1, 48).

\* [6] siquidem per figuram characterismon (car- codd.), id est futurae rei descriptionem, argumentatur quid sit consequens, uidelicet filii discessio. et per ethopoeiam (aethopoeiam codd.), quae fit quando loquentem (Lindenbr.: -tes codd.) introducimus quamlibet personam, ait Clitiphon- <nis> pater hoc lenē.

\* [17] nam supra (III 2, 5) ait 'huic nostro tradita est provincia' id est prouidentia.

**1** BENE deest ap. Ter. | ut <me> LG || 6 absumpsit F | multitudo ancillarum] reliqua familia α || 11 abeat ab se G | et quoniam . . . bene nouit, <qui> dixit ' . . . mecum', ait: 'cum . . . filius?' || 13 habeat LF<sup>1</sup> || 15 in incerto positus sit W. | optabit F, -uit LF | habeat LG || 17 uideris <iam> α | fecisse α || 18 dixissem F, -es ex corr. V || 19 demulceam caput FG || 21 traducta F, tractu ducta L, ducta G

- 765 **17** GLORIARE EVENISSE EX SENTENTIA hoc tibi pro uoluntate  
 767 contigisse gloriaris? — **19** TVI CLITIPHONIS ESSE AMICAM  
 HANC BACCHIDEM MENEDEMO DIXIT CLINIA hic est illud con-  
 silium, quod supra significatum est, ut ueritas dicta ni-  
 hilominus implicare possit errorem, quippe, cum dixerit <sup>5</sup>  
 Clinia patri Clitiphonis amicam esse et hoc indicet seruus,  
 nihilominus dominus filii sui amicam meretricem esse non  
 775 credat. — **27** ET QUIDEM IVBEBIT POSCI et uolet, ut filiam  
 tuam pater suus postulet. quam rem cum non intellexisset,  
 cur simulata uideretur, respondit ille, uti argentum filio <sup>10</sup>  
 779 dari possit ad nuptias necessarium. — **31** AT EGO ILLI  
 NEQVE DO NEQVE DESPONDEO at illi ego filiam non dabo  
 neque despondebo. et spondere est promittere, unde et  
 782 sponsa dicitur.\* — **34** NON MEA EST SIMVLATIO boni et  
 sapientis uiri hic sensus est, ut numquam audeat quod <sup>15</sup>  
 783 numquam sit facturus polliceri. — **35** ITA TV ISTAEC TVA  
 MISCETO ME NE ADMISCEAS ita igitur haec efficit, uti sine  
 784 mea persona ista compleas. — **36** EGON CUI DATVRVS NON  
 788 SIM VT EI DESPONDEAM (<\*\*\*\*>). — **40** AEQVI BONIQVE  
 FACIO <facio> hoc, quod tu mihi ut facerem imperas, et <sup>20</sup>  
 790 propterea aequum et bonum facio. — **42** SED ILLVD QVOD  
 TIBI DIXI DE ARGENTO QVOD ISTA DEBET BACCHIDI ID NVNC  
 REDDENDVM EST ILLI quod supra nos diximus, ut euentus  
 impleret consilium, hic nunc conficit, siquidem, postea <quam>  
 cognita puella est, iam nunc debitor Chremes factus est, <sup>25</sup>  
 cum constet eam arrabonis nomine apud meretricem col-  
 793 locatam. — **45** NVM MIHI DATVM EST NVM IVSSI ne domi-

$\alpha^*$ [14] nam et sponsio et dos a patre (parte *codd.*) puellae  
 dabatur.

3 hic] hoc  $\alpha$  || 4 dicta] data  $\alpha$  || 5 dixerit *W.*: dixit *G.*,  
 -cit *rell.* || 7 esse <hanc>  $\alpha$  | et] ex *G.*, ut  $\alpha$  | indicat *G.*, <dum>  
 indicat  $\alpha$  || 12 dispondeo *L.*, spondeo *G.* || 13 dispondebo *L.* |  
 <id> est promitto  $\alpha$  || 17 me ne *L.*, ne me *rell.* | ut  $\alpha$  || 18 ista]  
 haec  $\alpha$  || 19 *lac. sign. W.* || 20 facio *suppl. W.*; est post hoc  
*add. F.* | faciam *G.* || 24 posteaquam *W.* || 25 puella cognita  
 $\alpha$  | <pro qua> iam  $\alpha$  || 27 ne *G.*, sine *LF.*, sane  $\alpha$



- nus hac responsione uti posset, ut non redderet argentum, seruus callidus occurrit 'non potes dicere istud non te accepisse neque iussisse neque te inuito filiam oppignerare potuisse'. — **48** SVMVM IVS SAEPE SVMMA EST MALITIA id enim, quod datum est, utique reddendum est. sed iure <sup>5</sup> cautum est, ut filia quicquid acceperit uel filiae nomine datum fuerit, quae in familia est, non recte datum uideatur. itaque aequitas est, ut debitum solui debeat\*, *ius est, ut sic datum reddatur: ita summum ius summa malitia* **798** est. — **50** OMNES TE IN LAVTA ET BENE ACTA PARTE PVTANT <sup>10</sup> hoc a persona: etenim est iussus potius reddere quam negare.

$\alpha^*$  [8] sed ille renititur a causa, quod non debeat, et fit controuersia ex negotio. — SVMVM IVS uulgo dicitur 'qui plus potest, peius facit'.

## 6.

- 805** **1** NVLLA EST TAM FACILIS RES QVIN DIFFICILIS SIET QVAM INVITVS FACIAS nunc adulescens Clitipho redit grauiter ferens, quod ab amica sit exclusus: 'omnis res difficilis fit quam facias inuitus: etiam si facilis sit, ex animo facientis <sup>15</sup> habet maximam difficultatem. *huc accedit, quod mihi praeter illum laborem, quem habui, uehementer timori est, ne iterum* **814** *excludat, ne accedam ad Bacchidem*'. — **10** PROTERVITAS **816** *asperitas\* et impudentia*. — **12** NE ME ISTVC EX TE PRIVS AVDIVISSE GAUDEO <gaudeo>, quod istuc ex te prius audiui, <sup>20</sup> unde me laesisti, antequam tibi argentum dedi, quod **818** *turus fui*. — **14** QVID IGITVR DICAM VIS TIBI quid enim

$\alpha^*$ [19] uel superbia.

1 ut] aut  $\beta$  || 2 <sed> seruus  $\alpha$  || 3 te om. L $\alpha$  || 8 ita G | ut] et LF, om. G | solui debeat] soluat  $\alpha$  || 11 etenim est iussus (W.: -sis G, -sit LF) persuadet  $\alpha$  || 14 amica <sua> G | omnis — sit] si etiam facilem rem, inquit, facias inuitus  $\alpha$  | fit W.: sit codd. || 18 excludar F || 19 <est> asperitas  $\alpha$  | et W.: sed (om. G) codd. | imprudentia (-am LF) codd. || 20 gaudeo add. W. | istuc post prius  $\alpha$  || 22 tibi uis dicam F, uis dicam tibi G

*possum tibi dicere, cum mihi amicam adduxeris, quam non liceat tangere?* bene cito longe factus est adulescens ab iniuria, posteaquam comperit argentum iam paratum, —

- 825/27 **21** DEAMO ualde amo.\* — **23** QVA CAUSA ID FIAT OBSECVNDATO IN LOCO qua causa fiat, noli quaerere: tantum  
 826 obtempera et obsequere. — **22** CAVE QVICQVAM ADMIRATVS SIES\* *ne admiratione quasi nescius <sis> de suspitione patris*  
 828 *falsum esse quod diximus.* — **24** LOQVITOR PAVCVLA ne ex sermonibus tuis nascatur ulla suspicio.\*

$\alpha$ \* [4] compositum sicut redamo.

\* [7] id est: uide ne prae nimio gaudio admireris id tibi patrem praecipere, sed quasi nescius suspitionem eius a te dolo amoue.

\* [9] nam secundum modum rei, de qua loquimur, interdum uerba diminuimus.

## (7.)

- 830 **2** DIXI PLERAQUE OMNIA sicuti supra diximus in Andria (*I 1, 28*) 'omnia' abundare et 'pleraque' significationem suam propriam continere. — **4** SEQVERE ME HAC OCIVS posteaquam argentum traditum est, continuo hunc adulescentem uocat seruus, ne aliquid aut ex admiratione  
 832 aut locutione suspitionis pater possit accipere. — **6** NAM  
 834 NIHIL EST ILLIC QVOD MOREMVR DIVTIVS pulchre adiectum, ut omnino suspicio tolleretur, non esse amicam Clitiphonis, siquidem non diutius illic moraturus est. — **7** MINAS QVIDEM DECEM HABET A ME FILIA ut consuetudo patris semper est: de damnis cogitant, tametsi filiis dent. — **20**  
 836 **8** QVAS PRO HORTAMENTIS ESSE NVNC DVCO DATAS 'hortamentis' hoc est nutrimentis: hortatores enim dicuntur equo-

2 longe post paratum  $\beta$  || 3 iniuria] iracundia *Westerh.* ||  
 4 DEAMO] te amo  $\beta$  | <id est> ualde  $\alpha$  | <te> amo *G* || 7 sis *add.*  
*W.*; indices post suspitione *add. G* | patri *FG* || 13 est traditum  
 $\alpha$  || 19 ut] aut  $\beta$ , ut post est  $\alpha$  || 20 cogitare *FG*, -tet  $\alpha$  | det  
 $\alpha$  || 22 dicunt *LG* (*recte?*) | equorum qui] qui equos a

837 rum, qui nutriunt. denique aliud est **9** HASCE ORNAMENTEN-  
 838 TIS *CONSEQUENTVR quae ornamentis dabuntur.* — **10** PORRO  
 HAEC TALENTA\* *DOTIS ADPOSCEAT DVO <duo> talenta dotis*  
 839 *dabuntur.* — **11** QVAM MVLTA IVSTA ET INIVSTA FIVNT si-  
 quidem nunc relictis omnibus rebus quaerendus mihi est **5**  
 aliquis, cui meo labore inuenta dare possim, ut filiam  
 meam ducat uxorem.

$\alpha^*$  [3] talentum genus est ponderis, quod habet in se LXII  
 aut CXX libras.

## 8.

842 **1** MVLTO OMNIVM ME NVNC FORTVNATISSIMVM FACTVM  
 PVTO ESSE GNATE CVM TE INTELLEGO RESIPISSE haec scaena  
 actionem tenet, quippe Menedemus gaudet plurimum, quod **10**  
 filium uidet et integris moribus et uxorem ducere eam  
 uelle, quae honestissimi uiri filia sit. et quod dixit 'cum  
 te intellego resipisse', quasi hoc nesciat, quod eadem puella  
 sit quam amauerat, quae nunc filia sit Chremetis, aut  
 dissimulat, quod quasi a meretrice animum filius ad nuptias **15**  
 transtulerit, aut errat ex dolis serui. credit Chremes inter-  
 pellatam Menedemum a filio esse, sed non uere ut uxorem  
 duceret, sed ut nuptiarum gratia argentum a patre susci-  
 845 peret. — **4** SERVA QVOD IN TE EST FLIVM ET ME ET FA-  
 MILLIAM petens nuptias filio suo posteritatem respicit totam. **20**  
 848 — **7** QVAESO QVID TV HOMINIS ES redigere uult in memo-  
 riam Chremes Menedemo. arguit igitur, quod ueluti stultus  
 852 non intelligat, quod de dolo nunc agatur. — **11** NEMPE

1 denique <quod> *G* | aliud — ORNAMENTIS] alia horta-  
 mentis alia ornamentis contulit  $\alpha$  || 3 duo *add. W.* || 4 ET INIVSTA]  
 ac praua *Ter.* | fient *L* || 5 rebus omnibus  $\alpha$  || 6 cui <in> *L* ||  
 7 ducat meam  $\alpha$  || 8 nunc omnium me  $\alpha$  || 9 resipisse <multo  
 omnium> *LG* | haec *F,* (*in ras. post scaena*) *S, om. rell.* || 11 du-  
 cere *post uelle*  $\alpha$  || 14 chremetis sit *G\alpha* || 15 dissimulet *LG* |  
 a meretrice  $\alpha$ , meretrici  $\beta$  | filius *W.*: filii *codd.* || 16 erat  $\beta$  ||  
 21 QVID TV] quidue (ue *om. F*) *codd.* || 22 menedemum *FG;*  
*lac. sign. Lindenbr.*; quid inter ipsos dictum sit de fallacia *add.*  
*Zeune;* rem ante redigere *add. Goetz*

HAEC QVAE APVD TE EST CLITIPHONIS EST AMICA ut facile docere possit senem non uere ad nuptias peti filiam suam, sed uti nuptiarum gratia adulescenti dari possit argentum, commemorat 'nempe haec, quae apud te est, Clitiphonis amica est', uti ex his, quae apud eam gesta sunt, 5 sciat Menedemus esse fallaciam. *quod refert illi ille qui*

856 *nescire crederetur Chremes* **15** ID EST PROFACTO ID AMICAE DABITVR, uel confirmantis pronuntiatione accipi potest uel quasi cum affirmatione interrogantis, ut iuste conclusum

858 sit\* SCILICET DATVRVM. — **17** QUIDVIS TAMEN IAM MALO 10 QVAM HVNC AMITTERE licet damnum intelligat senex et deceptus de gaudio sit, tamen memor doloris pristini et calamitatis omnia uult sustinere quam id quod passus est

859 rursus pati. — **18** QUID NVNC RENVTIEM ABS TE RESPON- SVM CHREME quid ergo uis renuntiem filio abs te esse re- 15 sponsum, ne intelligat me hoc intellexisse, quod non uere

865 nuptias petit? — **24** POSTREMO ETIAM SI VOLES DESPONS- SAM QVOQVE ESSE DICITO. petitionis uxorum nomina haec sunt: nam primo conuenta esse dicitur, deinde pacta, tertio desponsata, quarto UXOR. ita, ut uicinum nomen 20 iam petitionis ostenderet circa nuptias, dixit 'postremo desponsam quoque esse dicito': hoc enim uicinum ad uxorem. nam supra 'pacta' dicitur, ut est apud Virgilium (*Aen. X 722*) 'et pactae coniugis ostro'. denique primo Menedemus cum audisset Chremetem (*v. 22*) 'dic conue- 25 nisse, egisse te de nuptiis', quoniam conuentae nomen dixerat, quod longe nomen est positum, ita quaesivit (*v. 23*) 'dicam. quid deinde?', quasi hoc parum esset. *quod cum audisset Chremes, 'postremo' inquit 'si uoles, desponsam*

α\*[10] nam interrogatio interdum ad negationem, interdum ad affirmationem dirigitur.

2 ducere *G*, reduc- *F*, induc- α || 7 chremis *LG* || 17 ut — sit] iuste conclusum est *G*, iuste conclusit *F*; de *L* non liquet || 16 ne] ut *V*, om. *L* || 19 conuenta *W*.: inu- *codd.* || 21 ostenderet <et> *codd. praeter LS* || 23 supra] *i. e.* antea || 28 esset *W*.: est *codd.*

quoque esse dicit'. hac responsione intelligimus sic iam  
 869 propinquam esse appellationem ad uxorem. — 28 ISTIVS  
 873 OBSATVRABERE facile eius fastidium habere poteris. — 32 NAM  
 TE SCIENTE FACIAM QVICQVID EGERO quodcumque egero, fa-  
 ciam te sciente, hoc est non te ignaro.

5

## V.

## 1.

874 1 EGO ME NON TAM ASTVTVM haec scaena coniectura-  
 lem statum continet propterea, quoniam argumentis col-  
 lectum est Clitiphonem amicam habere meretricem. hoc  
 ut probari possit, argumenta dicentur, et probari habet ipsi  
 Chremeti. denique sic sumpsit exordium a persona sua et a  
 persona Chremetis: 'denique' inquit 'non tam dico perspicia-  
 876 cem' hoc est acutum et perspectatorem rerum. — 3 HOE MIHI  
 PRAESTAT in hoc me antecedit.\* sed hic παραπροσδοκία  
 877 est: ut peius eum tractet, in se dicit multa maledicta 4 CAU-  
 DEX STIPES ASINVS PLVMBEVS. haec singula pronuntianda 15  
 878 sunt\*, uti stulti uis exprimi possit. — 5 IN ILLVM NIHIL  
 POTEST hoc est quod supra dixi contra opinionem dictum,  
 nam adiecit EXSVPERAT STVLTTITIA EIVS\* HAEC OMNIA. —

877 α\*[13] 4 'Caudex' est truncus arboris: conuersa o in au fit pro  
 codex caudex, sicut pro cote cautis. 'stipes' simi-  
 liter est truncus cuiuslibet ligni, et declinatur stipes  
 stipitis; stipes uero stipis est praebenda militum.  
 'asinus' dicitur quasi sine mente, quia νόσ mens.  
 'plumbeus' a plumbo, id est grauis.

\*[16] per asteismon (Lindenbr.: antismon codd.)

\*[18] id est prudentia per contrarium, ut sperare dixit pro  
 timere per acyrologiam (cf. Andr. II 3, 21).

1 hac — uxorem] et peruenit usque ad appellationem prope  
 uxoris α || 3 eius] equos LG || 5 scientē LG | ignoro codd., corr.  
 Lindenbr. || 10 chremetis LG | expodium LG | sua om. α ||  
 12 perspicatorem α; perspectorem Lindenbr. || 13 hic παρα-  
 προσδοκία W. (duce Zeunio): hic ἰτὰ ἰτὰπαίπροδορετὰ L, hic  
 ita ἰτὰπὰΙCpOCAAOpETÀ F, hic ita ita parit poca oreta G; an  
 hoc παρὰ προσδοκίαν? || 14 penis L, melius G || 16 uti — possit]  
 uti stultum describat α | stulti uis (i. e. natura) Lindenbr.: stult<sup>9</sup>  
 uis L, stultas uis FG

- 882 **9** *SED INTERIM QUID ILLIC IAMDVDM GNATVS CESSAT CVM SYRO iam sollicitum Chremes habet Syrum tarde reuerti, maxime cum ab ipsis audierit 'cito reuertemur, nam nihil*  
 887 *est quod illic moremur diutius' (cf. IV 7, 6). — 14* **VLTVS** *QVOQVE HOMINVM FINGIT SCELVS* adhuc perseuerat Chremes, 5  
 ut credat a Syro ad Menedemum compositam esse fallaciam ita, ut et uultus hominum fingat sceleratissimus. —  
 889 **16** *SI MAGIS NORIS PVTES* hic iam aperit ueritatem Menedemus: 'magis qualis sit Syrus intelligas, si magis quae  
 890 *fecerit recognoscas'. — 17* **MANE HOC PRIMVM SCIRE EXPETO** 10  
 cum narrare uellet Menedemus, ut crederet Syrum aduersus Chremetem potius insidias tetendisse, ipse intercedit et quaerit, quidnam perdidit. quod negatum a Menedemo est, unde se mirari uehementer dicit, quod haec non fuerit  
 898 *suspiciatus. — 25* *SED ILLE TVVM QVOQVE SYRVS* hic iam 15  
*aperte* prorumpit in narrationem: 'ille' inquit 'Syrus tuum filium mire finxit, ut amicam eius tu Bacchidem suspicari  
 900 non possis'. haec argumenta colligit a factis **27** **MITTO**  
*IAM OSCVLARI ATQVE AMPLEXARI*; deinde a loco, *quod in ultimis aedibus retro conclaue positum sit, quo eis intro* 20  
*latus est\** lectus — utique discessio haec longe a conspectu multorum posita ideo sumpta conspicitur, ut magis facinus celaretur —; deinde, quod ingressi sunt solus Clitipho et sola Bacchis,\* *<ut esset> utique duorum coniunctio sine arbitro, quae nisi per uenerem esse <non> potuisset*; deinde quod 25  
 abiere intro, operuere ostium, quod Clinia praesens haec fieri uidebat: fieri enim non potest, ut, si amica Cliniae esset,

$\alpha$  <sup>[21]</sup> id est intro missus est

\* <sup>[24]</sup> haec dicens a praecedentibus argumentatur quid consecutum sit, scilicet concubitus.

1 *CESSAT om. L* || 2 *cremis L* || 6 *ad<uersus> Zeune (cf. infra)* || 7 *sceleratissimus fingat  $\alpha$*  || 10 *prius F (= Ter.)* | *expecto LG* || 15 *tuus FG* | *hinc  $\alpha$*  || 16 *aperte W.*: *apte codd.* | *mire tuum finxit filium  $\alpha$*  || 20 *quod LG* || 24 *ut esset add. W.* || 25 *non add. W.* | *deinde — intro* | *unde quia rem coniecturaliter collegerat, addit  $\alpha$*  || 26 *quod W.*: *quae  $\beta$ , et  $\alpha$*  || 27 *enim om.  $\beta$*

- ipso praesente *in interiorem partem* cum adolescente *eadem* meretrix pergeret. qua re probata Chremes uehementer exclamat memor cenae datae, *ut, si filii esset amica Bacchis*, decem uix dierum *dicat esse unde familiam sustentet*. — 37 QUID ISTVC TIMES QVOD ILLE OPERAM AMICO 5  
 DAT SVO *quoniam* inscitia se rem probatam habere Menedemus illudit: *quid enim, si ille amico operam dat suo, ne uidear ego suspicari? adeo fortasse, ut facilius mihi*  
 915 *uerba dentur, haec facta sunt*. — 42 MERITO MIHI NVNC  
 EGO SVSCENSEO hic iam ad argumenta, quae a Menedemo 10  
 dicta sunt, colligit alia *Chremes* de praeterito, quae uiderit, quod in sinum meretricis manum inserere deprehensus adu-  
 919 lescens est. — 46 NON IAM affectio illa est irascentis, de qua  
 920 saepe diximus. ut (*Verg. Aen. I 195*) *quos ego —*. — 47 <NON  
 TIBI EGO EXEMPLI SATIS SVM> non ego tibi exemplum\* esse 15  
 923 *debebam?* — 50 FORIS SAPERE TIBI NON POSSE <AVXILIARIER>  
 925 *succurrere*. — 52 FAC TE PATREM ESSE VT SENTIAT  
 comoediarum uice uersa sunt omnia, nam ille qui accipiebat ante consilium, nunc dare coepit: moribus enim  
 per comoediam expressis humana hominum uita declara- 20  
 929 tur. — 56 QVAM HIC PER FLAGITIVM AD INOPIAM REDIGAT  
 PATREM *immo discedat potius, quam per flagitium ad paupertatem me redigat; nam si illi ego sumptus subministra-*  
 uero, ad rastros sum non dolore sed paupertate rediturus.  
 933 — 60 DIFFICILEM OSTENDIS TE ESSE uide quanta incom- 25

α\*[15] paradigma est ad deterrendum dictum (-ta *codd.*).

1 praesente *om. L* | cum <altero> α || 2 meretrix *ante*  
 ipso α | pergeret] concluderetur α || 3 ut *W.*: quod *codd.* (*add.*  
 ut *ante* dicat) | si *om. L* || 4 <non> esse *F* || 5 dat amico *FG* ||  
 6 inscitia *LG* α || 8 ideo? || 9 <et faceta satis urbanitate> haec α ||  
 10 ego nunc mihi α | succenseo *FG* α | ab argumentis α | a  
*om. LG* || 11 alia colligit α | quae — est] quod illum in sinum  
 meretricis uiderit manum inserere α || 12 insereret β || 13 est  
 illa α || 14 ut <quod ait uirgilius> α | non — *svm suppl. W.* ||  
 15 exemplo *FG* α || 16 *AVXILIARIER add. W.*; *fort. plura exciderunt* ||  
 18 <con>uersa? || 19 mores *G* || 20 expressis *W.*: -it *codd.* |  
 <qualis> humana α | <et> uita *G*, *om. L* || 23 illis β

- moda pati habeas, nisi prospicis: nam te aridum et difficilem demonstrabis *et tamen ueniam dabis et id erit in-*  
 937 *gratum.* — **64** DOTIS DICAM TE DIXISSE FILIO proprium  
 iuris est uerbum, cum dicitur dos, quod exprimit <dat>ur.  
 938 — **65** QUID OBTICIVISTI posteaquam dos petita est, Chremes  
 diu deliberauit consilium quaerens, non quo summam quaereret  
 dotis. quod intelligi datur ex sequentibus, cum promissa dote  
 adiunxit 'si me uis saluum, *dicito me omnia bona dotis dixisse*':  
 aliter enim filium corrigi posse non credit, nisi dotis nomine  
 omnia bona filiae promississe uideretur, unde crederet filius  
 exheredem se. denique 'hoc' inquit 'mirari te simulato, ut ad  
 eius notitiam ueniat'. quam quidem rem cum <non> intellexisset  
 Menedemus, explanat se idcirco promississe, ut animum adulescentis  
 luxuria et lasciuiam diffluentem inopia retunderet et ad  
 949 integram frugem necessitate reuocaret. — **76** DICTIS CONFV-  
 950 FVTABITVR solis sermonibus male tractabitur. — **77** SYRVM  
 VERO cum utique maiora tormenta seruo comminatus sit  
*impositurum, tamen irascentis more* quid esset facturus  
 exprimere non potuit. — ADEO EXORNATVM\* DABO 20  
*supra (cf. Eun. II 2, 6?) diximus 'exornatum' et ad poenas*  
 951 *posse aptari.* — **78** ADEO DEPEXVM hoc est compositum  
 953 poenis et tormentis. — **80** AUDERET FACERE VIDVAE MULIERI  
 facilis enim illusio est in eam, quae et mulier est et uidua.  
 α\*[20] id est comptum, per ironiam.

## 2.

- 954 **1** ITANE TANDEM QVAESO EST MENEDEME VT IAM BREVI 25  
 SPATIO PATER OMNEM DE ME EIECERIT ANIMVM PATRIS haec

1 demonstrabis W.: -auit Lα, -as FG | et — ingratum |  
 ut quidem ego ingratum LF; fort. ut quidem ego <puto>, ingratum  
 || 4 exprimit datur Schoell: exprimitur codd. || 5 obticivistis  
 α || 9 non posse Gα || 11 uideretur W.: -detur LG, -deatur α,  
 putetur F || 13 non add. W. || 17 Sed Syrum Ter. | seruo om. L ||  
 19 comminatus W.: emin-β, min-α || 20 DABO] am& L, et F;  
 nam et ? || 22 posset LF || 24 est post uidua α || 26 DE ME  
 EIECERIT] deiecerit LG | haec scaena post ualet α



- scaena ad satisfaciendum *plurimum* ualet ac ueniam petit.  
 956 — **3** *NAM QVOD OB FACTVM huius poenae quae tanta causa*  
 957 *est?* — **4** *VVLGO FACIUNT quod meretrices omnis adu-*  
 961 *lescentia amat.\** — **8** *QVICQVID EGO HVIVS FECI hoc est:*  
 962 *quicquid ego tale feci.* — **9** *ET SVAVIA IN PRAESENTIA\** <sup>5</sup>  
*QVAE ESSENT PRIMA HABERE ut tantum praesentia cogitares*  
 965 *neque de futuris curam gereres.* — **12** *VBI CVI DECVIT*  
*PRIMO TIBI NON LICVIT DARE hoc enim optimum parenti-*  
*bus semper est filiis bona tradere. sed hoc cum mihi non*  
 967 *licuerit, proximum tibi qui erat <adii>, hoc est qui so-* <sup>10</sup>  
*rorem tuam ducebat uxorem.* — **14** *VBI TVAE STVLTITIAE*  
 973 *sit praesidium circa uictum atque uestitum et tectum*  
*QVAEVE AMENTIA seruus iram domini in personam suam*  
*inclinare cupiens, ut adulescenti possit succurrere, inter-* <sup>15</sup>  
 976 *ponit haec uerba.* — **23** *NEC PRECATOREM PARARIS ne,*  
*inquit, ut assolent serui cum delictis suis, uelis et tu*  
*habere precatorem, qui pro te roget: uobis enim non ira-*  
 978 *scor, cum multa feceritis. ita aequum est, et mihi ut uos*  
 980 *non irascamini.* — **25** *ABIIT ROGASSE VELLE post ira-* <sup>20</sup>  
*cundiam apta sententia est: quo facilius terreret, senex*  
 980 *discessit.* — **27** *ADEON REM REDISSE VT PERICVLVM ETIAM*  
*FAMIS SIT MIHI optimum equidem sensum ex necessitate col-*  
*lectum in dolore adulescens collocauit, quippe cum postre-*  
*mo omnium malorum famis sit. denique (Verg. Aen. III* <sup>25</sup>  
 985 **32** *SIC EST NON ESSE HORVM TE ARBITROR diu finxit se*  
*nescio quid cogitare seruus, repperit tamen astute. con-*

α\* [4] et argumentatur, quia quod omnibus licet uni licet.

\* [5] id est ratione (*ad ANIMO ESSE OMISSO pertinet*).

2 Quodnam *Ter.* | ob] hoc *codd.* || 3 meretrici *L* | omnes  
 amant adulescentes α || 7 decuit cui (cur *G*, cuius *L*) *LG* α || 9 est  
 ante parentibus α || 10 proximo α | adii *suppl. W.*; tradidi α |  
 hoc est <leuiro (leniuuro *S*)> α || 11 ducit α || 12 *sir*] semper  
 erit *Ter.* || 17 dilectis *codd.* || 19 ut tuos *L*, et (*om. V*) uos α,  
 ut deos *F* || 20 nollem *L* || 23 fame *FG* || 24 postremo *LG F<sup>2</sup> V<sup>1</sup>*,  
 -ma *F<sup>1</sup>*, -mum *V<sup>2</sup> S* || 25 famis *L* || 28 cogitaret β

- sulit, uti dicat hunc adulescentem filium non esse, et quaerit argumenta, quod, antequam puella esset inuenta, hunc diligebant, posteaquam inuenta nunc est ea, exheredatur. adicit et illud: cum matres semper pro filiis esse consueverint, nunc in iracundia patris non rogat mater. compellit igitur adulescentem, uti parentes roget: aut enim precibus ad misericordiam commoturus est ambos aut suos parentes facile cognoscet. sed hoc inuentum 996 esse ex posteriore oratione cognoscimus, cum dixit **43** SATIS 997 RECTE HOC MIHI IN MENTEM VENIT. — **44** NAM CVM ADVLESCENS 10 IN MINIMA SPE SITVS ERIT TAM FACILLIME PATRIS PACEM IN LEGES CONFICIET SVAS cum enim in periculo maiore positus fuerit filius, tam facile parentibus potest mouere pietatem uel pacem ab iracundo patre suscipere. 'pacem' autem ueniam, ut Virgilius (*Aen. IV 56—57*) 'pacemque 15 999 per aras exquirunt' beniuolentiam, ueniam. — **46** AC SYRO NIHIL SIT GRATIAE atque adeo certus sum, ex hoc consilio quod in gratiam cito est reuersurus filius, ut fortasse etiam, cum concesserit, uxorem ducere compellatur et nihil 1002 Syro dari possit. — **49** SENI NOSTRO FIDEI NIHIL HABEO 20 non credam seni quasi ignoscenti itaque precatorem Menedemum praeparabo.

## 3.

- 1003 **I** PROPECTO NISI CAVES coercet hic uxor maritum, quod exheredationem filii uelit errore ex illo consilio. sexus iam continuo quasi morum <con>uicium est, ut alibi 25 (*Hec. II 1, 17*) 'tu, inquam, mulier, quae me omnino la-

2 antequam] nequam LF, om. G || 5 esse] interuenire α || 8 inuentum Schoell (cf. p. 201, 19): conu- codd. || 10 namque adulescens <quod (quam G)> FG || 11 IN om. G | TAM] an L; tum? || 12 in om. LG α || 13 tum Lindenbr. || 15 <dixit> ueniam α || 16 <id est> beniuolentiam <et> ueniam α || 18 quod ante ex α | filius reuersurus FG α || 19 cum concesserit F, concessit LG, concedat α | <et> uxorem codd. | compellat α || 20 <ita> habeo L || 21 menedemum precatorem α || 22 parabo α (recte?) || 25 continuo <notatur> α | conuicium Zeune

- pidem, non hominem putas'. aliud tamen est amplius circa naturam <con>uicium 'mulier' quam 'femina', <nam  
 1008 'femina'> sexus est, 'mulier' et aetas. — **6** AT SI ROGEM  
 IAM QUID EST QVOD PECCEM quam stulta sis, perspice: quid  
 faciam uides, cur faciam nescis. at si te interrogem quam- 5  
 obrem faciam, profecto nescias: unde stulte resistis. —  
 1010 **8** IMMO SCIS POTIVS QVAM REDEAT AD INTEGRVM EADEM ORATIO  
 ad narrationem rediit et causam consensit illam scire. —  
 1014 **12** SVBDITVM SE SVSPICATVR hic iam intelligendum uenisse  
 adulescentem et matri, hoc est mitiori de parentibus, suam 10  
 1018 suspicionem indicasse. — **16** QVOD FILIA EST INVENTA ex-  
 inde putas posse inueniri hunc esse filium meum, quod et  
 inuenta est filia, hoc est eodem pacto ut et hic noster,  
 1023 quemadmodum et illa inuenta est, inueniri possit. — **21** REM  
 CVM VIDEAS CENSEAS cum uideas, ut ex uultu mores eius 15  
 agnoscas.

## 4.

- 1024 **1** SI VMQVAM VLLVM FVIT TEMPVS MATER ad commo-  
 uendam pietatem commemorat praeteritos affectus, quo  
 sibi facilius possit ignosci, ut (*Verg. Aen. IV 317—18*)  
 '<si> bene quid de te merui fuit aut tibi quicquam 20  
 1033 dulce meum'. — **10** GERRO INERS leuis. gerras pisces  
 dicunt nullius uel saporis uel momenti ad cibos. tractum  
 hoc autem est a Syracusanis, qui omnia machina-  
 menta, quae a Marcello aduersus ciuitatem fiebant, <ut>

1 amplius — aetas] mulierem dicere per naturam, aliud  
 per uitium α || 2 conuicium W. | nam femina add. W. || 6 nescis  
 α || 8 redit codd. || 11 inuenta est filia α || 14 <in> illa α ||  
 18 effectus α | quo W.: quod codd. || 19 ignosci F, agn- rell. ||  
 21 <ac> leuis G, fraus F; de L non liquet | gerro est piscis  
 4 nullius α || 22 ad — omnia] magna rasura in L | <id> ad  
 cibos FG, <id> a cibis α || 23 a Syracusanis W. (cf. Fest. P.  
 40, 6; 94, 4): accusantis codd. | qui omnia] aut gerro dicuntur  
 α || 24 a om. α | Marcello W.: metallo codd. | ut add. Zeune

magno impetu eam deiceret, eadem gerras appellabant.

1034 — HELLVO inuasor et qui plurimum consumat. — 11 GANEO

1039 tabernis operam dans et conuiuuis turpioribus. — 16 QVOD  
ABEST NON QVAERIS bene circa uerba lusit: 'quod habes'  
inquit 'quaeris' hoc est parentes, 'at uero quod non habes, 5  
illud non quaeris' hoc est quemadmodum patri obsequaris.\*

1039 α\* [6] 16 QVAERIS QVOD HABES scilicet parentes. et est compo-  
situm ex contrariis, quae figura dicitur antitheton (-teton  
codd.) uel parison, id est aequatio sententiae.

## 5.

1045 1 ENIMVERO CHREMES NIMIS GRAVITER CRVCIAT ADVLE-  
SCENTVLVM NIMISQVE INHVMANE procedit et Menedemus, ut  
omnis persona in postrema parte praesens sit. uenia da-  
tur filio, ut cunctus error possit absolui. adhuc tamen 10  
perseuerans Chremes conuenit Menedemum, ut filiam du-  
cat et eius dotis quod dictum est confirmet: uult enim diu  
rogari, ut longis precibus exoratus facile filium confirmet. —

1056/58 12 AD ME RECIPIO ego facio, ut hic promittat. — 14 HAEC  
DVM INCIPIAS GRAUIA SVNT in exordio habent haec semper 15

1060 difficultatem: ubi aggressus fueris, facilia fiunt. — 16 EGO  
TIBI ILLAM DABO LEPIDAM hic et illudit, ut ioco tristitia  
tanta soluatur, cum promittit filiam nescio cuius admo-

1062 dum foedam. — 18 CAESIAM oculis intortis.\* — SPARSO  
ORE aut dissoluto aut 'ore' dixit uultu, et significat 'sparso' 20  
asperso, quasi: maculis quibusdam infecto uultu.\* —

α\* [19] uel caesuras id est rugas habentem, aut lenticulosam.

1063 \* [21] 19 VT ELEGANS EST id est prudens in discretione puellarum,  
1065 quia 21 IBI id est in hac electione est totus. quod uero

1 eam *W.*: cum *codd.* | deiceret *F.*, -rent (deiec- *L.*, dic- *G.*)  
*rell.* || 2 <est> inuasor *Fα* | consumit *Fα* || 4 lusit *Schopen.*:  
iussu *L.*, eius et *F.*, ius *G.* || 7 CHREMES] quod abest non queris  
*LF* (= *V* 4, 16) || 10 ut *om.* *LG* || 11 <ad>ducat? || 14 <id est>  
ego α || 16 fiant *LF* || 19 <id est> oculis obtortis α || 20 aut 1.]  
id est α

1066 **22** SYRO VT IGNOSCAS *VOLO QVAE MEA CAUSA FECIT* petit ueniam etiam Syro, sed non omnium factorum, ne infinitum esset quod petere uideretur, sed ut ea ignoscat 'quae mea causa fecit'.

$\alpha$  subiunxit ARCHONIDIS FILIAM, aut Bacchidem dicit aut aliam quamlibet, ad quam adulescens contumeliis patris appulerat animum.

1 vt om. *F* (= *Ter.*) || 2 <et> non  $\alpha$  | esset] sit  $\alpha$  ||  
3 uidetur  $\alpha$  | sed — quae] et transfert in se crimen serui  
dicens quod fecit  $\alpha$